(a) *Nota Hujus Divinæ Simplicitatis Creatoris, sicut et cæterarum Infinitarum perfectionum verum testimonium veritas ipsa elicuit ex eodem ipso omnis veritatis infensissimo hoste, impiissimo quoque Spinosa. Iste enim (ut ex M. Saverien refert Dictionarius Hystoricus Eruditorum verbo Spinosa.) Semetipsum ineptissime contradicens, diserte fatetur, quod substantia illa, ex qua intelligi possit existentia Mundi, et quæ Deus est, necesse est, ut existat in se ipsa, et vi suæ propriæ naturæ, ut sit æterna, simplex, indivisibilis, partium, et omnis compositionis penitus expers, unica, infinita, et infinitarum perfetionum dives, idest perfectissima. En ejus verba a citato Dictionario ex laudato M. Saverien Gallico relata sermone* — La substance est simple, et exempte de toute composition. Elle ne peut etre divisêe en partes..... Mais se la substance existe en soi, qu' elle ne tiene existence que de sa proprie nature, qu'-elle se conçove par elle meme, e qu' elle soit eternelle, simple, indivisible, unique, infinite, la substance, et Dieu sont synonymes. Elle est donc dovèe d' une infinitè de perfections.— *Nos hunc stultissimum nebulonem sigilatim infra persequemur, eum, ut par est, penitus profligaturi. Nunc sat est ostendisse, quod hic omnium impiissimus simul, et stultissi-*

tro ai Giacobini, mentre in sí grande evidenza di cose, e delle nostre ragioni, replicar non possono neppure un motto solo? (a)

12. Per dir tutto finalmente in una parola, Iddio Onnipossente Creator dell' uomo é egli perfettissimo.

(a) Nota. Di questa semplicità di Dio Creatore, siccome pure delle altre sue infinite perfezioni la verità ne cavò per forza da per se stessa la vera testimonianza anche dal capitalissimo nemico d' ogni veritá, dall' impiissimo Spinosa. Imperocchè costui (come riferisce il Dizionario Istorico degli Eruditi alla parola Spinosa, trascrivendo le parole di M. Saverien) contraddicendo inettissimamente se stesso, chiaramente confessa, che quella sostanza, da cui intender si possa l' esistenza del mondo, e che è Dio, è necessario, ch' essa esista in se stessa, ed in forza della sua propria natura, che sia eterna, semplice, ed indivisibile, esente affatto di parti, e d' ogni composizione, unica, infinita, e ricca d' infinite perfezioni, cioè perfettissima; ecco le di lui parole riferite dal citato Dizionario in lingua francese, giusta il rapporto del lodato M. Saverien — La sostanza è semplice, ed esente d' ogni composizione. Ella non può esser divisa in parti . . . . Ma se la sostanza esiste in se, se essa non ha l' esistenza, che dalla sua propria natura, se essa si conosce per essa medesima, e se essa è eterna, semplice, ed indivisibile, unica, infinita, la sostanza, e Dio sono sinonimi. Essa è adunque ricca d' una infinitá di perfezioni. — *In appresso noi andremo addosso a questo scelleratissimo impostore in particolare, per isbaragliarlo dell' intutto, come si conviene. Basta per ora l' aver fatto conoscere, che questo impostore il più empio di tutti, ed il più insano non negò e-*

Ens infinitum est illud, quod nullos limites habet, ac per consequens est illud, cui nihil deest. Si quid enim deesset eidem, limitem aliquem haberet, & defectum. Atqui (per 9. e 10.) Deus Creator hominis est Ens infinitum. Ergo nihil deest eidem. Atqui si qua perfectio deesset Deo, aliquid deesset eidem. Deo ergo nulla perfectio deest. Atqui ille, cui nulla deest perfectio, perfectiones omnes habet, & qui omnes perfectiones habet, (per defin.) est perfectissimus. Deus ergo hominis Creator Omnipotens, & infinitus idem ipse omnino perfectissimus est, est Ens perfectissimum. Quod erat demonstrandum.

13. Idem perfectissimus, Omnipotens Deus Creator hominis est ergo independens, necessarius, Ens a se, æternus, immutabilis, optimus, maximus, & ipsa infinita Bonitas, Beneficentissimus, & ipsa infinita Beneficentia, Amabilissimus, Adorabilissimus, de omnibus Benemerentissimus, & qui omnia ab omnibus meretur obsequia, omnem cultum, venerationem, & obedientiam. Pone enim, aliquam ex his, et si qua alia esse, aut dici unquam potest, eidem deesse perfectionem, tum non omnes haberet perfectiones, & Ens perfectissimum non esset, quia una perfectio deesset eidem. Atqui ex demonstratis Ens perfectissimum est. Esset ergo, et non esset Ens perfectissimum. Haberet, & non haberet perfectiones omnes. Sed hoc est absurdum. Dicendum igi-

---

mus nebulo non inficias ivit, imo disertissime fassus est, omnino necessarium esse, ut Deus existat in se ipso, et vi suæ ipsius essentiæ, seu naturæ, ut sit æternus, partium, et omnis compositionis penitus expers, simplex, indivisibilis, unicus, infinitus, et perfectissimus.

L' Ente Infinito è quello, che alcun limite non ha, e che per conseguenza é quello, a cui niente manca, Imperocché, se al medesimo qualche cosa mancasse, avrebbe egli un qualche limite, e difetto. Ma Iddio Creator dell' uomo, (per la 9. e 10.) é egli Ente infinito; al medesimo adunque nulla manca. Ma qualche cosa mancherebbe a Dio, se gli mancasse una qualche perfezione. Nessuna perfezione adunque può mancare a Dio. Ma quegli a cui non manca perfezione alcuna, ha tutte le perfezioni; e chi ha tutte le perfezioni (per la defin.) è perfettissimo. Iddio adunque infinito, ed Onnipossente Creator dell' uomo, è egli stesso assolutamente perfettissimo, Ente perfettissimo si è. Ch' é quanto dimostrar doveasi.

13. Il medesimo Perfettissimo, Onnipossente Iddio Creator dell' uomo è adunque Indipendente, Necessario, Ente a se, Eterno, Immutabile, Ottimo, Massimo, e la stessa Infinita Bontá, Beneficentissimo, e la stessa *Infinita* Beneficenza, Amabilissimo, Adorabilissimo, Benemeritissimo di tutti, e che da tutti merita tutti gli ossequii, ogni culto, venerazione, ed obbedienza. Conciosiacchè fingi, che manchi al medesimo una di queste perfezioni, e se alcun' altra essere, o dire mai se ne può: *In* questo caso non tutte egli avrebbe le perfezioni, ed Ente Perfettissimo non sarebbe, perché mancherebbe al medesimo una perfezione. Ma secondo da dimostrar venghiamo, è Egli Ente perfettissimo. Sarebbe adunqne, e non sarebbe perfettissimo. Avrebbe, e non avrebbe tutte le perfezioni. Ma questo è un assur-

---

gli mai, anzi distintissimamente confessò, essere assolutamente necessario, che Iddio esista in se stesso, ed in forza della sua propria essenza; o sia natura, che sia eterno, esente affatto di parti, e di qualunque composizione, semplice, indivisibile, unico, infinito, e perfettissimo.

tur est, quod Deus Creator hominis has omnes, quas commemoravimus, perfectiones habet, et si qua alia etiam esse, dici, aut excogitari umquam potest. Quod erat demonstrandum.

14. Deo hominis Creatori homines omnes omnem cultum debent, adorationem, obsequia, et obedientiam. Ponamus enim hæc omnia omnes homines non debere Deo Creatori suo, tunc illa perfectio deesset eidem, qua hæc hominibus mereretur a cunctis. Atqui (per præc.) Deo hominum Creatori, utpote Perfectissimo, nulla potest deesse perfectio. Deesset ergo, et non deesset ista perfectio. Hoc absurdissimum est. Dicendum ergo, quod Deo hominis Creatori homines omnes omnem omnino debent cultum, adorationem, obsequium, et obedientiam.

15. Quæ ergo hucusque de Dei existentia, ejusque infinitis perfectionibus, et attributis jam prælibavimus, cum vel ipsa meridiana luce clariora sint, quis unquam jure inficiari audebit, quod unusquisque hominum, ex sua quisque, et sola existentia, ac propria humana natura, naturalique inviolabili lege, atque intimo internæ conscientiæ motu, atque irrefragabili sensu omnes ad unum cogimur, adigimur, et compellimur agnoscere, fateri, omnique cultu venerari, atque adorare nostrum Omnipotentem Creatorem Deum, Infinitum, Æternum, Simplicissimum, et Perfectissimum, cui nulla deesse, aut accedere perfectio potest, etquo nihil majus esse, aut concipi unquam poterit? Omni certe communis rationis usu destitutus sit, oportet, qui hujusmodi rationum, Geometricarum demonstrationum, argumentorumque non intelligit vim, et pondus ingens.

do. Si deve dire adunque, che Iddio Creator dell' uomo ha tutte queste perfezioni, che rammentato abbiamo, e se alcun' altra ancora essere, dire, o mai escogitar se ne può. Ciocché dimostrar si dovea.

14 A Dio Creator dell' uomo gli uomini tutti prestar gli devono ogni culto, obbedienza, ossequio, adorazione, e venerazione. Imperocchè fingiamo, che tutte queste cose non debbano gli uomini tutti a Dio lor Creatore. In tale caso mancherebbe al medesimo quella perfezione, per cui da tutti gli uomini meritasse egli tutte queste cose. Ma (per le preced.) a Dio Creator dell' uomo, come perfettissimo, mancar non puó perfezione alcuna. Gli manca adunque, e non gli manca questa tale perfezione. Ma questo è assurdissimo. Dir si dee adunque, che a Dio Creator dell' uomo gli uomini tutti ogni culto gli devono, adorazione, obbedienza, ossequio, e venerazione.

15. Tutte queste cose, che finora prelibato abbiamo su l' esistenza di Dio, e delle di lui infinite perfezioni, ed attributi, essendo più chiare assai della stessa anche meridiana luce, chi mai giustamente ardirà negare, che ognun degli uomini venghiamo tutti, ciascun dalla propria, e sola sua esistenza, e propria umana natura, e da una naturale, inviolabile legge, e dall' intimo moto, ed irrefragabile sentimento dell' interna coscienza tutti intieramente obbligati, costretti, e necessitati siamo a riconoscere, confessare,, e con ogni culto adorare, e venerare il nostro Onnipotente Creatore Dio, Infinito, Eterno, Semplicissimo, e Perfettissimo, a cui nè mancare, nè aggiungersi può perfezione alcuna, e di cui cosa alcuna maggiore esservi non potrà mai, nè concepirsi? Forz' è certamente, che privo egli sia d' ogni uso di commun ragione, chi di tal sorta di ragioni, Geometriche dimostrazioni, ed argomenti la forza non comprende, ed il gran peso.

16. Ego in illorum equidem sententiam ibo, qui Atheos vere systematicos nunquam fuisse, aut esse posse existimant, semperque negabo, dari posse aliquos homines, qui rationis compotes cum sint, et supponantur, eousque tamen ejusdem rationis careant usu, sensuque communi, ut se ab æterno vere fuisse credant, aut illum, qui eos creavit vere interno negent sensu Deum esse Omnipotentem, Æternum, ratione præditum, et Perfectissimum. Rationis enim compotes esse simul, et ejusdem rationis usu ita destitui, ut id non agnoscant; manifestum contradictionis genus quidem est, et absurdum. Nam hoc idem est ac dicere: rationes compotes sunt, et non sunt. Sunt quia ita supponuntur. Non sunt vero rationis compotes, quia ejusdem rationis vim omnino non sentiunt, voces, et magnos clamores, quos quidem universi sentiunt sanæ mentis homines, et quos quidem eadem edit ratio clamitans semper, ab æterno hominem non esse, sed ut existeret Creatore indiguit Æterno, ratione prædito summa, et perfectissimo, cui se totum debet homo, et omnem cultum.

17. Verum id a me non ita dictum volo, quasi negaverim nonnullos nebulones extitisse, et esse, qui vel quadam abrepti vanitate dicendi, ut nomen sibi facerent in civitate, vel ut fucum facerent imperitis, quo eos ad suas traherent partes, suamque redigerent sub tyrannidem, se credere impie simulaverint, hominem ab æterno fuisse, aut hominem, ut existeret, Creatore non indiguisse Omnipotente, ratione prædito summa et Perfectissimo. Id, inquam, non inficior, imo ad hujusmodi nebulones reprimendos, ventilandos, et retundendos consulto hæc mea oratio instituta est, et prolusio, ut tandem scilicet pudore affecti desinant

16. Io in vero sarò sempre del parere di quei, che giudicano non esservi stati mai, nè potervi essere veri Atei di sistema, e negherò sempre potersi dare alcuni uomini, che avendo, o di aver supponendo fior di ragione, siano tuttavia tanto privi dell' uso della medesima ragione, e del senso commune, che veramente credano essere stati sin dall' Eterno, o neghino veramente coll' interno sentimento, essere Dio Onnipotente, Eterno, dotato di ragione, e perfettissimo colui, che li creó. Imperocché aver fior di ragionevolezza, ed al tempo stesso esser privi dell' uso della medesima ragionevolezza sino al segno di non conoscere queste verità, è certamente una specie di manifesta contradizione, ed un assurdo. Imperocché ciò è lo stesso che dire: Hanno fior di ragione, e non ne hanno. L' hanno, perchè cosí si suppone. Non l'hanno poi, perché affatto non sentono della medesima ragione la forza, le voci, e quei gran clamori, che in verità sentono tutti gli uomini di mente sana, e che manda in vero la stessa medesima ragione, gridando sempre, che l' uomo non é mai sin dall' Eterno; ma che per esistere ebbe bisogno d' un Creatore Eterno, di somma ragion dotato, e Perfettissimo, a cui l' uomo tutto se stesso deve, ed ogni culto.

17. Non voglio peró, che quanto ho detto, s' intenda così, quasi negare io voglia, essere esistiti, ed esistere tuttora alquanti Impostori, i quali o trasportati da una certa vanità di parlare per farsi nome nella Città, o per ingannare gl' imperiti, onde tirarli alle loro parti, e ridurli sotto la loro tirannia, abbiano empiamente simulato di credere, che l' uomo sia stato sin dall' Eterno, e che l' uomo per esistere non abbia avuto bisogno d' un Creatore Onnipotente, di somma ragion dotato, e perfettissimo, ciò, dico, non lo niego, anzi questo mio ragionamento, e Prolusione sono state da me seriamente fatte all' oggetto appunto di

talia fari, ac hujusmodi nebulas imperitis offundere, et adolescentibus.

PROLUSIO SECUNDA

Contra comune Atheorum principium, tam Materialistarum, quam Pantheistarum delirantium materiam nempe hujus Mundi, ejusque substantiam infinitam esse, et æternam.

18. At impudentissimi tenebriones isti ad eludendam hujus nostræ evidentissimæ argumentationis vim alioquin invincibilem, se effugia, et occulta receptacula, abditosque recessus habere parata falsissime jactant. Verum cum neminem literatorum hominum lateant eorum fallaces latebræ, et confugia vana, nos in eo equidem sumus, ut illos nullo loco consistere sinamus. Imo ne singulos insectando, quod sane nimis longum esset, longius potrahatur bellum, et ne fastidium auditoribus pariatur, lectoribusque, cum maxime id nostri instituti non sit, universos simul aggredimur, uno prælio totum bellum confecturi. Quod sane factu facillimum nobis est. Nam etsi cuncti Athei tanquam tumultuarii sine ordine milites, et tanquam profligati prælio, ac fugientes ex acie, huc illuc dispersi diversa confugia petunt, inter se non conveniunt singuli, sed in diversas abeunt sententias, et falsas hypoteses; ad eludendam tamen nostræ argumentationis jam supra allatæ invincibilem vim, in hoc unum, et solum tantummodo conveniunt, quod cuncti scilicet, gratis asserunt, materiam hujus mundi, ejusque substantiam infinitam esse, et æternam. Ex hoc falso, et gratis asserto principio, gratis

sventolare, reprimere, e rintuzzare tal genía d' ingannatori, acciò finalmente arrossiti cessino di spacciare tali cose, e spargere tali nebbie agl' imperiti, ed ai giovanetti.

PROLUSIONE SECONDA

18 Ma questi sfacciatissimi, fraudolenti, buggiardi, onde sfuggire la forza, per altro invincibile di questi nostri evidentissimi argomenti, falsamente spacciano di aver pronti scampi, occulti recettacoli, e nascosti ridotti. Ma vero essendo, che niuno degli uomini letterati ignora i loro fallàci nascondigli, e vani rifugii, noi siamo certamente sul punto di non fargli tener piede in alcun luogo. Anzi per non portarsi troppo a lungo la guerra, inseguendoli tutti ad uno, ad uno in particolare, ció che in verità troppo lunga cosa sarebbe, e per non recar tedio agli uditori, e leggitori, massime che ciò non è del nostro istituto, li assaltiamo tutti tutti insieme per finire in una sola battaglia tutta interamente la guerra; lo che certamente a farsi facilissimo ci riesce. Imperocchè tutti gli Atei sebben come tanti tumultuarii soldati senza alcun ordine, e come tanti, che sbaragliati in battaglia, e fuggendo dal campo, sparsi quà, e là ognun prende diversa strada al proprio scampo, non si accordano gli Atei fra di loro, ed ognun va in diversi pareri, e false ipotesi; purnondimeno, onde sfuggire l' invincibile forza de' nostri giá sopra addotti argomenti, convengono tutti solamente in quest' unica, e sola cosa, che tutti, cioè, gratuitamente asseriscono, la materia di questo mondo, e la di lei sostanza essere Infinita, ed Eterna. Da questo, e gratuitamente

item, falsoque inferunt effutientes, quod homo ex nihilo creatus non fuerit, sed ex hac materia mundi, ejusve compactus substantia, eodem fere modo, quo vas luteum ex luto, ligneum simulacrum ex ligno, et ex marmore emergit marmorea statua. Atque ideo subinferunt, homo ut existeret, Creatore non indiguit Omnipotente, æterno, ratione prædito, et perfectissimo, atque a materia mundi plane diverso; ipsa enim (ut effutiunt inepti), æterni materia mundi seu casu quodam, seu interni sui motus legibus acta, (a)

(a) *Cic. lib.* II. *Cap.* 28. *Tusc. Quest. Cum videmus, inquit, speciem primum, candoremque cœli, deinde conversionis celeritatem tantam quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum, atque noctium, commutationes temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum, et temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem, et ducem solem, lunamque accretione, et deminutione luminis quasi fastorum notantem, et significantem dies, tum in orbe in duodecim partes distributo, quinque stellas ferri, eosdem cursus constantissime servantes, disparibus inter se motibus, nocturnamque Cœli formam undique sideribus ornatam..... Hoc, et alia innumerabilia cum cernimus, possumus ne dubitare, quin iis præsit aliquis, vel effector, si hæc nata sunt, ut Platoni videtur, vel si semper fuerint, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis, et muneris? Huc*

asserto principio, gratuitamente pure, e falsamente ne inferiscono, cicalando, che l' uomo stato creato non sia dal nulla, ma da questa materia del mondo, ossia conglutinato della di lui sostanza, quasi appunto in quella guisa istessa, che dal luto risulta un luteo vaso, dal legno un ligneo simulacro, e dal marmo una marmorea statua. E che perciò, soggiungono, l' uomo per esistere bisogno non ebbe d'un Creatore Onnipotente, Eterno, di ragion dotato, e Perfettissimo, e della materia del mondo appien diverso. Conciosiacchè la stessa eterna materia del mondo, (come eglino scimunitamente ciarlano), o per un qualche effetto del puro caso, o agitata dalle leggi del suo proprio interno moto, (a) nella stessa guisa, che ge-

---

(*a*) *Cic. lib.* II. *Cap.* 28. *Tusc. Quæst. Contemplando primo la vaghezza, e candore del Cielo, dappoi la tanta celeritá del moto conversivo, quanta idear non possiamo, siccome ancora le vicende de' giorni, e delle notti, i cambiamenti delle quattro stagioni adattate alla maturazione delle biade, ed alla complessione dei corpi, ed il Sole moderatore, e condultiero di tutte queste cose, e la Luna, che coll' accrescimento, e decrescimento del lume avvisa quasi, e c' indica i giorni da operare, così pure osservando, come nel circolo in duodeci parti diviso camminano cinque stelle, mantenendo costantissimamente i medesimi corsi con moti fra loro ineguali, e la notturna forma del Cielo per ogni dove di stelle adornato . . . Queste, ed altre innumerabili cose noi osservando, possiam forse dubitare mai, che a queste cose presieda un Creatore, se queste cose sono esse nate, come sembra a Platone, o se furono sempre, come ad Aristotele piace, un moderatore di sì grand' opera, e di sì grande spet-*

quemadmodum variorum lapidum, saxorumque, ac metallorum varium genus, sic genus genuit hominum. Cunctorum, ergo Atheorum, tum Materialistarum, quam Pantheistarum in ultima analisi commune principium in illa consistit falsa, et gratuita assertione seu hypotesi, quod scilicet hujus mondi materia, seu substantia est infinita, æterna, et a se.

---

quoque spectant illa Tullii verba lib. II. *de Natura Deor. Qui igitur convenit, signum, aut tabulam pictam cum adspexeris, scire adhibitam esse artem, cumque procul cursum navigii videris, non dubitare, quin id ratione, atque arte moveatur: aut cum solarium vel descriptum, aut ex aqua contemplaveris, intelligere, declarari horas arte, non casu: mundum autem, qui et has ipsas artes, et earum artifices, et cuncta complectatur, consilii, et rationis esse expertem, putare? Quod si in Scythiam, aut in Britanniam sphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noster effecit Polidonius, cujus singulæ conversiones idem efficiunt in Sole, et Luna, et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in Cælo singulis diebus, ac noctibus; quis in illa barbarie dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratione? Hi autem dubitant de mundo, ex quo, et oriuntur, et fiunt omnia, casune ipse sit effectus, aut necessitate aliqua, an ratione, et mente Divina.... Philosophi cum vidissent motus mundi finitos, et æquabiles omniaque ratis ordinibus moderata; immutabilique constan-*

nera la diversa specie di diverse pietre, sassi, e metalli, cosí la specie generò degli uomini. In ultima analisi adunqne il commune principio di tutti gli Atei, sí materialisti, che Panteisti tutto consiste in quella falsa, e gratuita asserzione, ossia ipotesi, che la materia di questo mondo, cioè, o sia sostanza è infinita, eterna, e da se stessa.

---

tacolo? Collimano anche a questo assunto quelle parole del medesimo Cicer. lib. 11. de Natura Deorum . *Come mai adunque egli conviene, che avendo guardato una statua , od una dipinta tavola , giudichi esservi stata impiegata dell' arte , ed avendo da lungi veduto il corso di una nave , non dubiti punto , che essa si muove per un effetto della ragione , e dell' arte , o che contemplato avendo un orologio solare , o descritto , o d' acqua , comprendi indicarsi l' ore per un effetto dell' arte, e non del puro caso ; stimi poi , che il mondo , il quale tutte queste stesse arti contiene, i loro artefici, e tutte le cose, non sia esso un effetto di senno, e di ragione ? Che se avrà alcun portato nella Scizia , od in Brettagna questa sfera , che formò poco fa Polidonio nostro familiare , tutte le conversioni della quale ognuna ha rispettivamente nel Sole , nella Luna , e nelle cinque stelle erranti lo stesso effetto, che ogni giorno, e notte in Ciel si effettua; chi in quella barbarie dubiterà mai, che questa sfera sia stata un effetto tutto di ragione? Questi poi dubitano , se il mondo , dal quale e nascono , e sono effettuate tutte le cose , sia esso stesso un effetto del caso , o di qualche necessità , o pure della ragione , e di una mente Divina . . . I Filosofi osservato avendo i moti del mondo stabili , ed eguali, e che tutte le cose regolate so-*

19. Porro si hujus Mundi materiam, seu substantiam, ex qua quidem nostrum compactum est corpus humanum, infinitam non esse assererent, æternam, & a se; nostrum rediret, staret, vigeretque semper supra allatum argumentum. Insurgere enim possemus, atque reponere. Ergo materia ipsa Mundi ut existeret, Creatore indiguit Omnipotente, æterno, a se, et perfectissimo. Atqui causa causæ, est causa causati. Inconcussum ergo, immotumque semper stat, et stabit æternum, quod homo, ut existeret, Creatore indiguit Omnipotente, æterno, a se, et perfectissimo, cui homo, vel hoc ex capite solo se to-

---

tia, debuerunt intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac Divina domo, sed etiam rectorem, et moderatorem, et tamquam architectum tanti operis, tantique muneris.

Grotius de Verit. Religionis Christ. lib 1. cap. 7. ubi probat Deum esse causam omnium » Si humani corporis, inquit, admirabilem constructionem intus, extraque conspicimus, et ut omnia ibi, etiam minima, suos usus habeant, nullo studio, nulla industria parentum, arte vero tanta, ut Philosophorum, et Medicorum præstantissimi nunquam ea satis possint admirari, ostendit hoc, opificem naturæ esse mentem excellentissimam. Et paulo infra eod. capite: Cœlestia quoque sidera, et quæ in iis maxime eminent, Sol, et Luna, cursus agunt ita adtemperatos ad terrarum fecunditatem, et animantium valetudinem, ut ne excogitari quidem aptius quidquam possit.

19. In verità se eglino non asserissero, che la materia di questo mondo, o sia la sostanza, della quale è certamente conglutinato il nostro corpo umano, è essa infinita, eterna, e da se; ritornerebbe, starebbe fermo, e prevalerebbe sempre il nostro sopraddotto argomento. Conciosiacchè potremmo sempre insorgere, e replicare. La materia adunque di questo mondo per esistere ebbe la necessità di un Creatore Onnipotente, eterno, da se, e Perfettissimo. Ma la causa della causa è causa del causato. Inconcusso adunque sta sempre, ed immutabile, e cosí starà stempre in eternitá, che l' uomo per esistere bisogno egli ebbe di un Creatore Onnipotente, Eterno, da se, e Perfettissimo, a cui l' uomo anche per questo solo capo tutto

---

no con ordini regolari, ed immutabile costanza; dovettero eglino ben conoscere, esservi in esso alcuno, non solamente abitatore di questa Divina magione, ma ben anche Rettore, Moderatore, e come Architetto di sì grand' opera, e di sì grande spettacolo, e beneficio. Grotio de verit. Relig. Christianæ *lib. 1. cap. VII. dove prova, che Iddio è la causa di tutte le cose» Se osserviamo, dice, dentro, e di fuori l' ammirabile costruzione del corpo umano, e come ivi tutte le cose anche minime hanno ognuna il suo uso senza alcuno studio, senza alcuna industria dei parenti, ma con sì grand' arte però, che i più eccelleuti Filosofi, e Medici non possono mai abbastanza ammirarle, ciò certamente dimostra, che l' Opifice della Natura è una mente eccellentissima » E più sotto nel med. cap. Le celesti stelle ancora, e quelle, che fra loro sopra ogn' altro spiccano, il Sole, e la Luna fanno i loro moti così adattati alla fecondità delle terre, ed alla sanità degli animali, che cosa più adatta non si può mai certamente neppure escogitare.*

tum debet, cunctumque cultum, et obsequia. Unde quidem veræ Religionis necessitas concipitur, et evincitur inevitabilis. Cum res ita sint, facile intelligitur, quod si nos luce vel ipsa clarius demonstrabimus, materiam hujus Mundi, seu ejus substantiam esse non posse infinitam, æternam, a se, et multo minus sapientissimam, et perfectissimam, imo hujusmodi ipsorum assertionem mille apertissimas in se ipsa contradictiones involvere, et horrenda absurda; tunc pudore ipsi perfundantur, oportebit, arma cedant ac se victos fateantur, et profligatos, nos vero uno prælio totum bellum macta virtute penitus confecisse, punctumque omne tulisse.

20. Sit ergo propositio nostra. Materia hujus mundi, vel ejus substantia, quæ toto terræ, maris, cælorumque continentur ambitu vasto, nec æterna, nec infinita, nec sapientissima, neque perfectissima esse potest; imo hujusmodi Atheorum gratuita assertio, et impia, non unam, sed mille apertissimas in se ipsa contradictiones involvit, et absurda nefanda. Quo magis autem elucescat veritas, et procedatur ordine quodam, opere prætium est, ad memoriam revocare, quid est hujus mundi materia, ejusque substantia, quid finitum, infinitumque, quid est æternum, a se, et Omnipotens, et quid demum sapientissimum esse importat, quidque Perfectissimum etc.

DEFINITIONES

I.

Ens compositum est illud, quod ex partibus constat extra se invicem, sed juxta se invicem, positis, et coesistentibus in uno, idest, ita ut faciant unum.

se stesso deve, ed ogni culto, ed ogni ossequio. Donde certamente s' intende, e resta evidentemente dimostrata l' inevitabile necessità della vera Religione. Così essendo le cose, facilmente si comprende, che se noi più chiaro anche della luce istessa dimostrato avremo, che la materia di questo mondo, o sia la di lui sostanza esser non può mai infinita, eterna, da se, e molto meno sapientissima, e che anzi tale loro asserzione mille apertissime contraddizioni in se stessa involve, e mille orrendi assurdi; converrà certamente allora, che eglino si arrossiscano per la vergogna, cedano l' arme, e confessino d' essere stati eglino vinti, e sbaragliati, noi però aver in una sola battaglia egregiamente finita affatto tutta la guerra, e tutti affatto aver tirato i punti.

20. Sia dunque la nostra proposizione. La materia di questo mondo, o la di lui sostanza che vien compresa da tutta la vasta circonferenza della terra, del Mare, e dei Cieli esser non può mai infinita, né eterna, nè sapientissima, nè perfettissima; anzi tale gratuita, ed empia asserzion degli Atei, in se stessa non una ma mille contradizioni involve, ed abbominevoli assurdi. Acciò però maggiormente brilli la verità, e si proceda con qualche ordine, giova di molto il rammentare, cosa è essa omai la materia di questo mondo, e la di lui sostanza, cosa é finito, ed infinito, cosa è eterno, da se, ed Onnipotente, e che finalmente importa esser sapientissimo, e che Perfettissimo etc.

DEFINIZIONI

I.

L' Ente composto è quello, che costa di parti situate una fuor dell' altra, ma scambievolmente vicine, e che coesistono in uno, in guisa, cioé, che facciano uno.

II.

Materia hujus mundi est illud, ex quo totus hic mundus compositus est; partes scilicet omnes, ex quibus totus hic cohalescit mundus.

III.

Ens finitum est illud, quod limitibus est circumscriptum.

IV.

Limes vero est defectus ulterioris realitatis; ubi scilicet quævis res materialis desinit esse, seu ulterius se non extendit, ibi dicitur terminos, seu limites habere suos, terminari, sive limitari, ibique dicitur esse limes.

Corol. 1. Hinc patet quod Ens finitum potest habere pauciores, aut plures limites, quam habet; quod idem est, minui potest, et augeri.

Corol. 2. Et ideo illi alia, atque alia accedere possunt, et auferri.

Corol. 3. Et ideo esse potest, aut concipi aliquid illo majus, et minus.

Corol. 4. Ens finitum itaque non actu habet omnia, quæ habere potest.

Corol. 5. Unde Ens finitum alia habere potest, ac habet, et aliter esse potest.

V.

Ens infiinitum est id, quod nullos limites habet.

Corol. 1. Atque ideo actu habet omnia.

Corol. 2. Nihil deest eidem.

Corol. 3. Nihil illi accedere potest.

Corol. 4 Nihil illo majus esse, aut concipi unquam potest.

VI.

Ens a se, et sua natura æternum est illud, quod ex se, et sua natura ita existit, ut non possit non existere.

Corol. Id quod non potest non existere, non potest nec initium, nec finem habere existendi.

II.

La materia di questo mondo é ciò, di cui é composto tutto questo mondo, tutte cioè, le parti, dalle quali risulta tutto questo mondo.

III.

L' Ente finito è quello, che di limiti é circoscritto.

IV.

Il limite poi é un difetto d'ulteriore realità; dove, cioé, ogni cosa materiale finisce d' essere, ossia d'onde più oltre non si estende, ivi si dice, che ha i suoi termini, o sia limiti, esser terminata, ossia limitata, ed ivi si dice, ch'é il limite.

Corol. 1 È quindi manifesto, che l' Ente finito puó avere più, o meno limiti di quanti ne ha, che tanto è dire può essere sminuito, ed accresciuto.

Corol. 2. E che perciò gli si possono aggiungere, e levar via altre cose.

Corol. 3 E che pertanto esser vi può, e concepirsi altra cosa maggiore, e minore.

Corol. 4. Quindi l' Ente finito non ha in atto tutte quelle cose, che può avere.

Corol. 5. Quindi l' Ente finito può avere diverse cose di quelle, che ha, e puó essere diversamente.

V.

L' Ente infinito é quello, che alcun limite non ha.

Corol. 1. E che perciò ha in atto tutto ciò, che può avere.

Corol. 2. Al medesimo niente manca.

Corol. 3. Niente vi si puó aggiungere.

Corol. 4. Niente esser può, o concepirsi mai maggior d' esso.

VI.

L' Ente da se, e per sua natura eterno è quello, che da se, e per sua natura così esiste, che non può non esistere.

Corol. Ciò che non può non esistere, aver non può né principio, nè fine della sua esistenza.

VII.

Perfectissimum Ens est illud, quod in se omnes omnino perfectiones habet, et sine gradibus.

VIII.

Ens Omnipotens est, quod omnia possibilia potest, seu res possibiles omnes a statu possibilitatis, seu a nihilo privativo ad existentiam perducere.

IX.

Ens Necessarium est illud, quod existit ex se, et vi suæ essentiæ, et naturæ.

Corol. 1. Si Ens Necessarium existit vi suæ essentiæ, et naturæ, lucide sequitur, quod in Ente Necessario esse, et existere, essentia, et existentia sunt unum, et idem.

Corol 2. Et sicut apertam contradictionem involvit, dicere, quod una, eademque essentia sit, et non sit illa, quæ revera est; ita apertam contradictionem involvit, dicere, quod Ens Necessarium non existat, aut possit non existere, cum ejus existentia unum, et idem est cum sua essentia.

Corol. 3. Unde Ens Necessarium non potest non existere.

X.

Contingens est illud, quod non existit a se, nec vi suæ essentiæ, et naturæ; atque ideo ex se, et vi suæ naturæ, et essentiæ ita est, ut potuerit non esse, seu contradictionem non involvit, ejus non existentia.

XI.

Illa substantia est mutabilis, quæ ex se, seu ex sua essentia, et natura aliter esse potest, vel potuit, aut poterit.

XII.

Illa vero dicitur immutabilis, quæ aliter esse nequit.

VII.

L'Ente perfettissimo é quello, che ha in se tutte le perfezioni, e senza gradi.

VIII.

L' Ente Onnipotente è quello, che far può tutte le possibili cose, o sia che dallo stato di possibilità, o sia dal nulla privativo trar può all'esistenza tutte le possibili cose.

IX.

L' Ente necessario é quello, che esiste da se stesso ed in forza della sua stessa natura, ed essenza.

Corol. 1. Se l' Ente necessario esiste per la sua essenza, e natura, lucidamente ne siegue, che nell' Ente necessario l' essere, ed esistere, l' essenza, e l' esistenza sono una stessa, e sola cosa.

Corol- 2. E siccome un' aperta contraddizione involve il dire, che una stessa essenza è, e non é quella, che veramente é; cosí aperta contraddizione involve il dire, che l' Ente necessario non esiste, o possa non esistere, mentre la sua esistenza é la stessa cosa, che la sua essenza.

Corol. 3. Quindi l'Ente necessario non può non esistere.

X.

Contingente è quello, che non esiste da se, nè in vigor della sua natura, ed essenza. E che perciò da se, ed in forza della sua essenza, e natura cosí esiste, che abbia potuto non esistere, e contraddizione alcuna non involve la di lui non esistenza.

XI.

Quella sostanza è mutabile, che da se, e di sua natura, ed essenza potè, può, e potrá esser diversamente.

XII.

Quella si dice immutabile, ch' esser non può diversamente.

Corol. 1. Illa substantia quæ ex sua essentia, et natura minui, augerive potest, aut potuit, est ipsa mutabilis.

Corol. 2 Illa substantia, quæ etsi non augeatur, nec minuatur, limites tamen, et modos mutat, vel mutare potest, recte mutabilis et ipsa dicitur. Arbor enim, ejusque substantia ab imis radicibus eversa, et jacens humi recte mutata dicitur ab illa, quæ stabat erecta, magnamque ita mutationem subiisse.

Quid contra has definitiones objicere possunt Athei omnes? His ergo positis, nebulones istos brevioribus armis aggredimur, brevibus, sed nitidissimis, et quasi Mathæmaticis demonstrationibus a priori, et a posteriori penitus eos profligaturi.

PROPOSITIO I.

Hujus mundi materia, ejusque substantia esse nequit infinita.

Demons. 1. Materia hujus mundi, ejusque substantia (per defin. 2.) est Ens compositum ex omnibus illis partibus, ex quibus constat ipse mundus. Nunc peto ab Atheis, an quævis exigua pars hujus mundi sit ipsa finita, an infinita. Hic nulla spes fugæ relinquitur illis. Nam inter finitum, et infinitum, seu non finitum, quid medii dari non potest, et ideo ad has fauces redacti nequeunt se subtrahere neci. Si dicunt enim, esse infinitam; tunc jure reponimus: Atqui (per cor. 4. def. 5.) Infinito nihil majus esse, aut concipi unquam potest. Tota ergo simul hujus Universi materia major esse nequit, quavis exigua parte sui; atque ideo neeesse est, sit minor, aut æqualis. Atqui manifestam involvitt contradictionem, dicere, quod totum non est majus,

Corol. 1. Quelta sostanza, che da se, di sua natura, ed essenza poté, o puó esser accresciuta, o sminuita, essa é mutabile.

Corol. 2. Quella sostanza, che sebbene non si accresca, nè sminuisca, muta tuttavia, o mutar può limiti, e modi, meritamente si dice mutabile anche essa medesima. Imperocché quell' albero, e la di lui sostanza, che è sbarbicata sin dalle profonde radici, e giace a terra, rettamente si dice esser mutata da quella, che stava ritta in piedi, e d' aver così sofferto un gran cambiamento.

A queste definizioni cosa mai opporre potranno gli Atei tutti? Queste dunque supposte, assaltiamo questa genìa di mazzamarroni coll' arme le più corte, con corte sí, ma nitidissime, e quasi matematiche dimostrazioni *a priori*, ed *a posteriori*, per isbaragliarli affatto.

PROPOSIZIONE I.

La materia di questo mondo, e la di lui sostanza esser non può infinita.

Dem. 1. La materia di questo mondo, e la di lui sostanza é un Ente composto di tutte quelle parti, di cui costa il mondo medesimo (per la defin. 2.) Dimando or dagli avversarj, se mai ogni picciola parte di questo mondo è essa finita, o infinita. Quí lor non resta speranza alcuna di fuga. Dappoichè tra finito, ed infinito, o sia non finito darsi non puó alcun mezzo; e perciò ridotti a questo stretto, sottrarsi non possono alla morte. Giacchè se dicono, ch' è infinita. Allora giustamente ripigliamo: ma giusta il corollar. 4. della definiz. 5. non vi può essere, né concepirsi mai cosa alcuna maggiore dell' infinito. Presa adunque tutta insieme la materia di questo Universo esser non può maggiore di qualunque sua picciolissima parte: e quindi fa di mestieri, che sia o minore, o eguale. Ma manifesta contraddizione involve il dire, che il tutto maggior

quavis sua parte; multoque magis si æqualis dicitur, aut minor. Manifestam ergo contradictionem involvit, dicere, quod quævis exigua materiæ pars sit infinita. Nec ejusdem contradictionis mortiferos effugiunt laqueos, si dixerint, quod, quævis materiæ pars est finita. Merito enim urgebimus acres: Atqui (per def. 3,) finitum est illud Ens, quod limites habet. Quot ergo in materia, seu substantia hujus mundi insunt partes, tot limites insunt in ipsa tota materia. Atqui (per def. 4. 5.) id quod limites habet, nequit esse infinitum. Hujus universi ergo materia tota non est, nec unquam esse potest infinita. Atqui impudentes Athei dicunt esse infinitam. Est ergo infinita, quia ita ipsi dicunt; et non est, nec unquam esse potest infinita ex demontsratis. Est ergo, et non est, infinita. Quid sane evidentius hoc? Quid nebulonibus istis stultius, aut impudentius esse, aut fingi unquam potuit? A priori ergo, seu ex ipsa definitione, et essentia materiæ luce clarius demonstravimus, propositionem illam » Hujus mundi materia, seu substantia est infinita » Infinitam contradictionem ipsis suis involvere verbis, infinitam scilicet stultitiam, et impietatem.

Dem. 2. Cum vero hi scelestissimi homines eo obstinationis, et impudentiæ tracti dementia sint, ut ad seducendos imperitos, et adolescentes nunquam a cavillis temperent, atque fallaciis; fortasse reponent effutientes » Nos contra hoc vestrum argumentum nullam movemus litem, nihil enim nostra refert si quævis exigua pars materiæ sit infinita, an finita; quia nos non alio sensu infinitam dicimus mundi materiam, nisi eo, quod scilicet ipsa partibus constat numero infinitis, quomodocumque sit unaquæque pars, sive finita ipsa sit, sive infinita » Hæc illi. Sed nos instabimus acrius insurgentes: Atqui hæ assertæ par-

non è di qualunque parte; e molto più se si dice eguale, o minore. Manifesta dunque contraddizione involve il dire, che qualunque tenuissima parte della materia sia essa infinita. Ma scappar non possono dai mortiferi lacci della medesima contradizione, se diranno, che ogni parte della materia è finita. Dappoichè a ragione noi spiritosi l' incalzeremo: Ma per la defin 3. Ente finito è quello, che ha limiti. Quante parti dunque vi sono nella materia, o sia sostanza di questo mondo, altrettanti limiti vi esistono in tutta la stessa materia. Ma (per la def. 4. e 5.) ciò che ha limiti, non puó essere infinito. Tutta adunque la materia di questo mondo infinita non è, nè esserlo può giammai. Ma gli sfrontati Atei dicono d' essere infinita. E' adunque infinita, perchè cosí essi dicono, e non è, nè puó mai essere infinita, perchè così si è dimostrató. Dunque è, e non é infinita. Qual cosa più evidente di questa? Qual cosa esservi, o fingere omai si puó più stravagante, ed invereconda di questa genía d' ingannatori? A priori adunque, o sia in forza della sola definizione, ed essenza della stessa materia più chiaro della luce dimostrato abbiamo, che quella proposizione » La materia di questo mondo, o sia la sua sostanza è infinita » Un' infinita contradizione nei suoi stessi termini essa involve, un'infinita stravaganza, cioè, ed empietà.

Dem. 2. Essendo però, che questi scelleratissimi uomini sono dalla loro pazzia trascinati sino a tal grado di ostinazione, ed invereccondia, che per sedurre gl' imperiti, ed i giovanetti non cessano mai dalle fallacie, e dai cavilli, replicheranno per avventura con cicalare: Noi contra questo vostro argomento, alcun litigio non moviamo. Conciosiacchè nulla a noi importa se ciascuna parte della materia sia finita, od infinita; perché noi diciamo esser infinita la materia di questo mondo, non in altro senso, che quello, che essa, cioé, costa di parti per numero infinite, comunque

tes nequeunt esse finitæ, neque infinitæ, ut supra demonstravimus. Sed, quod non est finitum, neque infinitum, est nihilum negativum, idest absolute impossibile. Ergo assertæ infinitæ Materiæ partes sunt nihilum negativum, sunt absolute impossibiles. Sed id, quod partes non habet, est absolute impossibile, quod sit Materia. Ergo absolute impossibile, est materiam, seu substantiam hujus mundi esse numero infinitam. Et revera infinitum numero est illud, quod limites numericos nullos habet. Ergo si materiæ singulæ partes sunt finitæ; quot partes insunt tota materia, tot limites numerici erunt in ea. Sed partes Materiæ hujus mundi, per adversarios sunt numero infinitæ. In tota ergo materia infiniti erunt limites numerici. Atqui, quod infinitos limites habet, nihilum est, et est absolute impossibile a parte rei. A parte rei ergo Materia numero infinita absolute imposibilis est. Si vero singulæ materiæ partes numericos limites non habent; unaquæque exigua pars erit ipsa infinita numero, et ideo æqualis toti materiæ. Atqui contradictionem involvit, totum æquale esse cuivis suæ parti. Contradictionem ergo involvit apertam, materiam, seu substantiam hujus mundi esse numero infinitam. Quocumque ergo se vertant Materialistæ, contradictionis letales laqueos effugere nequeunt.

Dem. 3. Præterea, quamvis ex jam allatis lucidissimis demonstrationibus apertissime patet nostræ veritatis evidentissima ratio; tamen sic iterum ad arma currimus, sic fugientes insequimur Atheos. Cum

sia ciascuna parte, o finita essa sia, od infinita. Sin quí eglino. Ma noi li stringeremo piú fortemente insorgendo. Ma queste asserte parti esser non possono, nè finite, nè infinite, come da dimostrar venghiamo. Ciò poi, che finito non è, né infinito, é niente negativo, che tanto è dire, é assolutamente impossibile. Le asserte dunque infinite parti della materia sono un niente negativo, sono esse assolutamente impossibili. Ma ciò che non ha parti, è assolutamente impossibile, che sia materia. Assolutamente impossibile é dunque, che la materia, o sia sostanza di questo mondo sia essa per numero infinita. Ed in verità infinito di numero è quello, che alcuni limiti numerici non ha; siccome finito di numero è quello, che ha limiti numerici. Se adunque le parti della materia sono esse ognuna finite, quante parti vi sono in tutta la materia, altrettanti numerici limiti esser dovranno in essa. Ma per gli avversarii le parti della materia di questo mondo sono esse di numero infinite. Infiniti adunque numerici limiti esservi dovranno in tutta la materia. Ma ció, che ha limiti infiniti, è un nulla, ed è da se stesso assolutamente impossibile *a parte rei*. *A parte rei* dunque la materia di numero infinita è impossibile assolutamente. Se poi tutte le parti della materia non han ciascuna limiti numerici; sarà ciascuna parte infinita di numero anch' essa, e quindi eguale a tutta la materia. Ma contradizione involve, che il tutto egual sia a ciascuna sua parte. Manifesta adunque contradizione involve, che la materia, o sia sostanza di questo mondo infinita sia di numero. Ovunque indi si volgono i Materialisti, dai mortiferi lacci di contradizione scappare omai non possono.

Dem. 3. Inoltre, sebben per le giá addotte nitidissime demostrazioni apertissimamente risplende l' evidentissima ragione della nostra veritá; tuttavia così corriamo di bel nuovo all' armi, cosí di bel nuovo ci scagliamo addosso agli Atei, che sono giá in fuga.

per Def. 1., et 2. Materia hujus mundi constat partibus extra se invicem positis; et Athei id concedentes contendunt, hujus mundi materiam esse infinitam; sic denuo urgere possumus illos: Hujus mundi materia concluditur tota Terræ, Maris, Cælorumque ambitu vasto. Atqui totus hic ambitus est finitus. Tota ergo mundi materia finita omnino est, et nequit esse infinita. Hic enim vastus ambitus compositus est, et constat ex ambitu Terræ, Maris, et ambitu vasto Cælorum. Ambitus terræ limitatus est, et circumseptus ab ambitu maris, et illo cælorum. Ambitus quoque maris suos limites habet, et undique circumscriptus est ab ambitu Terræ, et ab illo cælorum. Cælorum item amplissimus ambitus limitibus quoque septus est ab illo terræ, et Maris. Atqui quod limitibus septum est, finitum omnino est, et infinitum esse nequit. Ambitus ergo cælorum, ac ille terræ, et ille denique maris singuli, et separatim considerati sunt limitibus circumscripti, et limites habent, finiti sunt, et nequeunt esse infiniti. Quot limites ergo habet terra, quot mare, et quot cælorum amplior ambitus, tot limites habet totus mundi, ipsiusque materiæ ambitus. Atqui id, quod limites habet est Ens finitum, et infinitum esse nequit. Totus ergo mundi, ipsiusque materiæ ambitus finitus omnino est, et nequit esse infinitus. Materia ergo hujus mundi, ejusque substantia tota omnino finita est, et infinita esse nequit. Quod tertio demonstrandum erat. Porro quod ex partibus costat re, et numero finitis, re, et numero

Essendo che per la def. 1. e 2. la materia di questo mondo costa di parti una fuor dell' altra scambievolmente collocate, e gli Atei, ciò concedendo, pretendono, che la materia di questo mondo sia infinita; possiamo di belnuovo incalzarli così. La materia di questo mondo tutta vien compresa nella vasta estenzione dei Cieli, del Mare, e della Terra. Ma tutta questa estenzione è essa finita. Tutta adunque la materia di questo mondo è dell' intutto finita, e non può mai esser infinita. Imperocchè tutta questa vasta estenzione é composta, e costa essa dell'estenzione della terra, del mare, e dell'estenzione vasta dei cieli. Ma l' estenzione della terra è limitata, ed assiepata dall' estenzione del mare, e da quella dei cieli. L' estenzione anche del mare ha i suoi limiti, ed è circondata dall' estenzione della terra, e da quella dei cieli. Di piú la vastissima estenzione dei cieli é anch' essa assiepata da quella del mare e della terra. Ma ciò, ch' è di limiti circondato, è onninamente finito, e non può essere mai infinito. L' estenzione adunque dei cieli, e della terra, e quella finalmente del mare considerate ad una, ad una, e separatamente, sono esse da limiti circondate, hanno limiti, sono finite, e non possono mai essere infinite. Quanti limiti dunque ha la terra, quanti ne ha il mare, e quanti la più vasta estenzione dei cieli, altrettanti limiti ha la totale estenzione del mondo, e della di lui materia. Ma ciò, che ha limiti, è ente finito, ed esser non può mai infin. Il circuito adunque tutto di questo mondo, e tutta la di lui estenzione è onninamente finita, ed infinita esser mai non può. La materia adunque di questo mondo, e la di lui sostanza tutta intieramente é finita, e non può esser mai infinita. Ciocché per la terza volta dimostrar si dovea. In verità ciò che costa di parti finite per numero, e per sostanza, forz' é, che per numero, e

finitum sit oportet, et nequit esse infinitum.

In Dio certamente come infinito tutte le cose, che sono compossibili, vi sono tutte in atto; e perciò in lui non v' è, ne concepir mai si può successione alcuna di cose, di pensieri, o di decreti Laonde in Dio siccome non v' è, né concepir si può mai successione di cose; cosí non v' è, nè concepir si puo tempo, ma solamente il principio del tempo, in quella stessa guisa, che nell' arte numerica è l' unità, ed il punto nelle linee geometriche. Imperocchè nell' arte metrica l' unità, non è numero, ma principio di numero; ed il punto matematico in geometria non è nè grandezza, nè quantitá, ma sol di quantitá principio, e di grandezza; cosí in un certo egual modo, e giusta la nostra picciola maniera di concepire, in Dio non si dà tempo, ne successione alcuna di cose, di idee, e di decreti; dappoichè tutte le cose, che sono in Dio, vi sono tutte insieme, e sono uno, e lo stesso medesimo Dio; il quale è Ente da se, ed una cosa, che necessariamente esiste, ma che tuttavia esiste; e come unica cosa esistente contiene in se quasi un principio di quella relazione, che passa tra le cose create, e successive, ossia (ciocchè è lo stesso) Dio, come cosa esistente contiene in se quasi il principio del tempo,

pium temporis; ut vero res necessario existens, et a se, seu ejus necessaria existentia continet in se, seu constituit indivisibile illud, et necessarium Eternitatis momentum, quod sane tempus non est, sed temporis duntaxat principium. Huic nostræ theoriæ congruere videtur, et facere illud Evangelistæ — In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et hoc erat in principio apud Deum—Et illud Geneseos—In principio Deus creavit Cælum, et Terram—In principio, scilicet, temporis, (sicut Sancti Patres, et Theologi interpetrantur quoque, et exponunt;) seu illo individuo, necessarioque Eternitatis momento, quod a necessaria constituitur, et indivisibili existentia Dei. Sicut ergo res creatæ, seu tota hujus mundi materia, ejusque substantia, de qua loquuti sumus, necessariam relationem habent ad suum Creatorem Deum Omnipotentem, Æternum, Necessarium, et Perfectissimum; ita quoque earumdem rerum sibi invicem succedentium relatio ipsa, seu successivarum ejusdem substantiæ mutationum eadem ipsa relatio relationem habet ad necessarium illud, et individuum Eternitatis momentum, quo necessario existit ipse Creator.

NOTA V.

Quo sane fit, ut, cum creationem rerum creatarum, totiusque mundi materiæ,et cum eis temporis initium concipere volumus, facere non possimus, quin simul concipiamus, prius extitisse Creatorem, et illud Eternitatis unicum necessarium, et indivisibile momentum, in quo nulla erat successio rerum, nec res ullæ præter Deum unum, et solum, neque tempus erat ullum. Tempus ergo necessario sui suponit initium, quo es-

come cosa poi, che necessariamente esiste, e da se, o sia la di lui necessaria esistenza contiene in se, o sia costituisce quell' indivisibile, e necessario momento dell' Eternità, il quale inverità non è tempo, ma soltanto principio del tempo. A questa nostra teoria, par che accorda, e la favorisce quel passo dell'Evangelista = *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et hoc erat in principio apud Deum* = E quell' altro passo della Genesi = *In principio Deus cravit Cœlum, et Terram* = Nel principio, cioé, del tempo, (siccome l'interpetrano ancora, e l'espongono i Santi Padri, ed i Teologi) o sia in quell' indivisibile, e necessario momento dell' Eternità, il qual vien costituito dalla necessaria, ed indivisibile esistenza di Dio. Siccome adunque le cose create, o sia tutta la materia di questo mondo, e la di lui sostanza, della quale abbiam parlato, necessaria relazione hanno al loro Creatore Dio Onnipossente, eterno, necessario, e perfettissimo; cosí la stessa relazione delle medesime cose, che scambievolmente si succedono, o sia la stessa medesima relazione delle mutazioni successive della medesima materia ha essa relazione a quel necessario indivisibile momento dell' Eternità, nel quale necessariamente esiste il Creatore istesso.

NOTA V.

Dal che certamente ne siegue, che quando noi concepir vogliamo la creazione delle cose create, e della materia di tutto il mondo, e con esse l' incominciamento del tempo, non possiam fare a meno di concepir insieme, che prima sia esistito il Creatore, e quell' unico, necessario, ed indivisibile momento dell' eternitá, nel quale succissione alcuna di cose non vi era, nè cosa alcuna fuorchè l'uno, e solo Iddio, e che non vi era neppur tempo alcuno. Il tempo adunque necessariamente suppone il suo

se incæperit. Momentum autem illud, seu punctum illud æternitatis, utpote quod necessarium est, et non potest non esse, et quod revera est eadem ipsa existentia Dei, initium non habet sui, nec habere unquam potest. Et sane capite ex uno apertam contradictionem involvit, dicere quod tempus erat, cum nullæ res succedentes erant, et ideo nulla rerum sibi invicem succedentium relatio: et capite ex altero apertam quoque contradictionem involvit, quod temporis momentum illud unicum, individuum, et necessarium, quo existit necessario semper Deus, Ens a se, initium unquam habuerit, aut possit habere.

NOTA VI.

Ex dictis modo facillime quoque intelligitur, quod tempus est aliquid creatum, et creatum quidem una cum rebus ipsis mutabilibus, et successivis, atque ideo suum initium agnoscit a creatione rerum, quibus quodammodo inhæret, et sine quibus nec esse, neque concipi unquam potest.

NOTA VII.

Inde facillime quoque intelligitur, quod sicut rerum successivarum, et temporis creatio supponit antea extitisse Creatorem, et illud unicum, indivisibile, et necessarium temporis momentum, in quo existit necessario Creator Deus, Ens a se, et in cujus necessaria existentia consistit Eternitas ipsa necessaria, et indivisibilis; ita quoque intelligitur, quod vera loquimur, ac recta utimur ratione loquendi, cum dicimus, ante mundi, ejusque materiæ, ac substantiæ, et temporis Creationem extitisse Deum *Creatorem*,

principio, in cui incominciò ad essere. Quel momento poi, o sia quel punto dell' eternitá, come quello, ch' è necessario, e non può non essere, e che realmente é la stessa medesima esistenza di Dio, non ha, nè aver mai può alcun incominciamento di se. E l in vero da un canto aperta contradione involve, il dire, che v' era il tempo, quando cose alcune succedenti non v' erano, e perciò non v' era relazione alcuna di cose, che scambievolmente si succedessero; e dall' altro lato aperta anche contradizione involve, che quello unico, indivisibile, e necessario momento di tempo, in cui sempre necessariamente esiste Iddio, Ente da se, abbia avuto mai, o aver mai possa principio, o sia incominciamento alcuno.

NOTA VI.

Dall' anzidetto facilmente si comprende ancora, che il tempo è una cosa creata, e creata alcerto unitamente alle stesse cose mutabili, e successive; e che perciò riconosce il suo incominciamento dalla creazione delle cose, alle quali in certo modo è inerente, e senza le quali esser non può mai, né concepirsi.

NOTA VII.

Indi facilmente ancor si comprende, che siccome la creazione delle cose succedanee, e del tempo suppone esser prima esistito il Creatore, e quell' unico, indivisibile, e necessario momento di tempo, in cui esiste necessariamente il creatore Iddio, Ente da se, e nella cui necessaria esistenza consiste la stessa necessaria, ed indivisibile Eternità; cosí anche si comprende, che noi diciamo cose vere, e reali, e che ci serviamo d' una leggittima forma di parlare, quando diciamo, che prima della creazione del mondo, e della di lui materia, e sostanza, e del tempo sia esistito Iddio creatore, Ente da se, necessario, e perfettissimo, ed in lui, e con esso lui quel momento ancora, in cui l' Eternità consiste; e che dopo incominciato abbiano ad esistere le cose create, e le loro successioni, e il tempo istesso. Or contro ogni

Ens a se, necessarium, et perfectissimum, et cum eo, ac in eo momentum illud quoque, in quo consistit Eternitas; et postea existere incæpisse res creatas, earumque successiones, et tempus ipsum. Nec jure nobis quisvis objiciet cum Atheis, Materialistis, ac Jacobinis, quod illæ voces — antea, et postea — tempus indicant, et rerum successionem, cum nos ipsi acerrime contendimus, quod ante res creatas, et creatum tempus, tempus nullum erat. Nec recte, nec jure, inquiebam, id nobis objiciunt. Nam cum dicimus—ante res creatas— loquimur jam nunc, cum quiedm jamdiu res incæperunt existere, earumque successiones, et tempus ipsum, atque ideo ex uno latere, vere, et jure supponimus res jamdiu creatas, et creatum tempus; et letere ex altero vere quoque supponimus relationem illam, quam res ipsæ creatæ, et creatum tempus ipsum habent ad Creatorem, et ad individuum, et necessarium momentum illud Eternitatis, cui res ipsæ creatæ, et tempus ipsum vere, et realiter quasi successere, atque illis vocibus — Antea, et Postea — indicamus utique veram illam propriam, et realem quasi successionem, et veram, propriam, et realem relationem illam, quam, ut ajebam, habent successivæ res creatæ, et tempus ipsum ad Creatorem, et momentum illud Eternitatis, quod equidem indivisibile momentum vulgus, Athei, et Materialistæ falso in infinita dividunt imaginaria tempora, ut supra commemoravimus. In nostris ergo terminis, et loquendi, scribendique ratione nulla contradictio, nullum absurdum, nulla est ineptitudo; eorum autem objectio puerilis omnino est, nugax, inepta, et prorsus indigna Philosopho. Consequens item illud, quod Athei ex hac vana deducunt objectione inepte dicentes — Mundus ergo,

ragionevrlezza cogli Atei, Materialisti, e Giacobini ci opporrà alcuno, che quelle parole—Prima, e dopo—dinotano tempo, e successione di cose, quando noi stessi a tutta forza sostenghiamo, che prima di essere create le cose, e d' esser creato il tempo, tempo alcuno non v'era affatto. Nè rettamente, nè giustamente, io diceva, ciò ci oppongono. Imperocchè; quando noi diciamo—Prima d' esser create le cose—parliamo già ora, quando è giá da gran tempo, che ad esister incominciarono le cose, e le loro successioni, ed il tempo medesimo; e perciò da un lato con verità supponghiamo le cose già da gran tempo create, e creato il tempo medesimo; e dall' altro lato supponghiamo anche con verità, e con tutta ragione quella relazione, che le stesse create cose, e lo stesso creato tempo hanno essi al Creatore, ed a quell' indivisibile, e necessario momento momento dell' Eternità, a cui veramente, e realmente quasi successero le stesse create cose, ed il tempo istesso: E con quelle parole—prima, e dopo—denotiamo, é vero, quella vera, propria, e reale quasi successione, e quella vera, propria, e reale relazione, che come diceva, le successive create cose, ed il tempo istesso hanno essi al Creatore,, ed a quel momento dell' eternità; quale alcerto indivisibile momento, il volgo, gli Atei, ed i Materialisti falsamente dividono in infiniti immaginarii tempi, come sopra rammentammo. Nelle nostre espressioni adunque, e nella nostra maniera di scrivere, e di parlare contradizione alcuna non v' é, nè assurdo, né improprietà: la loro objezione però è tutta puerile, frivola, ed inetta, ed effatto indegna d'un Filosofo. La conseguenza pure, che da questa vana objezione gli Atei ne tirano, inettamente dicendo—Il mondo adunque, e la di lui materia, e sostanza sono sin dall' eterno—oltrecchè non

16

jusque materia, et substantia sunt ab æterno — Præterquamquod non univoce, et legittime seguitur ex illa objectione, est quoque alioquin in se falsa, falsissima, cum tot illas, quas demonstravimus contradictiones non effugit, et tot illas nostras demonstrationes adversarii e nullo poteruut vel levissimo impetere cavillo, nec etiam illas, quas jamjam nunc subjungimus.

Manifestam contradictionem involvit dicere, quod a parte ante æternus sit mundus, ejusve materia, Substautia, aut tempus.

Dem. 17. Ponamus enim tempus a parte ante sui initium non habuisse, ut supponunt, contenduntque adversarii. Tunc tempus a parte ante esset infinitum, quia abhinc transactum tempus nulla possemus ratione metiri. Series ergo successionum, et momentorum esset infinita a parte ante. Series ergo annorum, et successionum, quæ Æram præcucurrerat Christianam, est ipsa infinita. Atqui eadem ipsa dicta series est pars totius seriei, quæ ad hunc cucurrit usque diem; et ex alio capite quævis pars est minor suo toto. Illa ergo annorum series, quæ præcucurrit Æræ Christianæ, minor est illa serie, quæ ad hunc cucurrit usque diem. Sed per Corol. 4. Def. 5. infinito nihil majus esse, aut concipi unquam potest]. Ergo non est infinita. Est ergo, et non est infinita. Est infinita, quia ita dicunt adversarii; et non est infinita, quia aliquid majus in ea concipitur, et est. Sed hæc est manifesta contradictio. Manifestam ergo contradictionem involvit, quod a parte ante æternus sit mundus, ejusve substantia, vel tempus.

Nec ipse Omnipotens Deus facere potest, vel potuit, ut mundus, ejusve substantia, tempusve sint æterna a parte ante.

Dim. 18. Ex jam demonstratis manifestam contra-

ne siegue unica, e legittimamente da quella objezione, è anche altronde in se falsa, falsissima; mentre non iscanza le tante contradizioni, che da dimostrar noi venghiamo; ed alle tante nostre dimostrazioni gli Avversarii, opporre non le potranno mai alcuno anche fievolissimo cavillo, né tampoco a quelle, che siamo già-già in punto di soggiungere.

Manifesta contradizione involve il dire, che per la parte dello avanti eterno sia il Mondo, o la di lui materia, sostanza, o il tempo.

Dem. 17. Ponghiamo in vero, che il tempo per parte dello avanti non abbia avuto alcun suo incominciamento, come suppongono, e pretendono gli Avversarii. In tale caso il tempo per parte dell' avanti sarebbe infinito; mentre in alcun modo misurar non potremmo il sinor passato. La serie adunque delle successioni, e dei momenti sarebbe essa infinita per parte dell' avanti. La serie pertanto di anni, e di successioni, che precorse l'Era Cristiana, è essa infinita. Ma la stessa detta serie é essa parte di tutta la serie, ch' è corsa sino al giorno presente; e da un altro canto, qualunque parte è minore del suo tutto. Quella serie di anni adunque, che precorse l' Era Cristiana, é essa minore di quella, ch' è corsa sino al presente giorno. Ma pel Cor. 4 Def. 5. esser non vi puó mai, nè concepirsi mai cosa maggiore dell'infinito. Infinita dunque non è. Dunque è, e non é infinita. È infinita, perchè così dicono gli Avversarii; e non é infinita; perchè di essa vi si concepisce, e vi è una cosa maggiore. Ma questa é una manifesta contradizione. Manifesta dunque contradizione involve, che per parte dell' avanti eterno sia il mondo, o la di lui materia, sostanza, o il tempo.

Neppure lo stesso Onipossente Iddio può, o poté mai fare, che il mondo, e la di lui sostanza, o il tempo sia Eterno per la parte d' avanti.

Dem. 18. Per quanto da dimostrar venghiamo,

ctionem involvit, mundum, ejusve substantiam, aut tempus esse ætrrna a parte ante. Atqui id, quod absolute contradictionem involvit, in se, et sua natura est absolute impossibile, idest in se, in sua natura, et a parte rei non est possibile. Sed Ens Omnipotens est illud per Def. 8. quod omnia possibilia potest, non autem impossibilia. Omnipotens ergo ipse Deus facere non potest, ut mundus, ejusve substantia, vel tempus ipsum sint Æterna a parte ante. Quod erat demonstrandum.

NOTA I.

Hinc facile liquet; falso laborare supposito Atheos, qui objiciendo, in illam prosiliunt interrogationem » Si mundus ortum habet, ejusque materia, et tempus; cur non ante facta fuere, quam asseritis esse condita; præsertim cum infinitam Deo tribuatis potentiam? »

Ad utramque hujusce interrogationis partem respondemus negando suppositum; supponunt enim adversarii primum, quod in illo æternitatis necessario, et indivisibili momento, seu in Deo, Ente a se, dari possit ante, et post, prius, et posterius; quod sane contradictionem involvit, quia Deus ut Ens necessarium, et perfectissimum omnia simul haberet, et non haberet simul, sed successive Secundo quod Deus per suam omnipotentiam possit etiam ea, quæ a parte rei absolutam contradictionem involvunt, et sunt omnino impossibilia, sicut est, in Deo dari ante, et post; et sicut quoque est, admittere, quod mundus, ejusve substantia, et tempus sint æterna a parte ante. Quousque enim non admititur, et non conceditur, quod mundus, ejusve substantia, et tempus sunt æterna a parte ente, (quod sane, ut demonstravimus

manifesta contradizione involve, che il mondo, e la di lui sostanza, o il tempo siano eterni per la parte dell' avanti. Ma ciò, che contradizione assolutamente involve, è in se, e per sua natura assolutamente impossibile, cioé, in se, e per sua natura, e da parte della cosa non é possibile. Ma l' Ente Onnipotente per la def. 8. è quello, che può tutte le cose possibili, non mai però le impossibili. Lo stesso adunque Onnipotente Iddio far non può, che il mondo, o la di lui sostanza, o il tempo istesso siano eterni per la parte dell'avanti. Ch' è quanto dimostrar si dovea.

NOTA. I

Quindi facilmente si scorge, che fabbricano su un falso supposto gli Atei, quando per farci oggezione, si slanciano in quella interrogazione — Se il mondo, la di lui materia, e il tempo ebbero incominciamento; perche non furono fatti prima di quando asserite essere stati creati; principalmente che attribuite a Dio una potenza infinita?

All' una, ed all' altra parte di questa interrogazione rispondiamo, negandogli il supposto. Imperocche suppongono gli avvesarii, primieramente, che in quell' indivisibile, e necessario momento dell' Etarnità, ossia in Dio Ente da se darsi possa avanti, e poi, prima, e dopo. Locchè certamente contradizione involve, perchè Iddio, come Ente necessasio, e perfettissimo avrebbe tutte le cose insieme, e non l' avrebbe tutte insieme, ma successivamente. Suppongono per secondo, che Iddio in forza della sua Onnipotenza far anche possa quelle cose, che in se stesse assoluta contradizione involvono, e sono assolutamente impossibili, come appunto lo è, il darsi in Dio prima, e dopo; e come ancor lo è l' ammettere, che il mondo, e la di lui materia, o il tempo siano eterni per la parte dell' innanzi. Imperocché fintantoche non si ammette, e non si concede, che il mondo, la di lui sostanza, ed il tempo sono Eterni dalla parte d' innanzi; (lo che, come dimo-

est impossibile) semper et usque ad in infinitum urgebit ista Atheorum interrogatio — Cur non ante? Cur non senior mundus? Et ideo, ut dicebamus, ista Atheorum interrogatio est falso innixa supposito, etiam ex hoc capite, quod falso supponit, mundum, ejus substantiam, et tempus æterna esse posse a parte ante.

NOTA II.

Præterea ista interrogotio præterquam de re est impossibili, puerilis est etiam, futilis, et inepta. Nos enim annum vocamus tempus illud, quo Sol per duodecim currens signa *Zodiaci* ad illum redit locum, unde primum processit; et asserimus Solem ab initio mundi quinquies mille octingentos, et duodecim circiter annuos orbes usque adhuc perfecisse. Fingamus ergo, ut volunt Athei, in illo necessario Eternitatis individuo momento, seu in Deo, dari posse ante, et post, quod omnino falsissimum est, sed tamen fingamus, et in hac ipothesi fingamus etiam, quod mundus tanto prius creari potuerit, ut ejus initium in falso illo imaginario tempore respondeat ad mille annos ante, quam conditum asserimus. In hac fictione, in hoc casu, quid nostra referret, quid Mundi, si mille annis ante, vel post incæperit esse, dum ætatis suæ annos suo semper numerare deberet ab ortu, et initio suæ existentiæ? Num ideo mundus dici potuerit, autpossit nunc, senior, vel junior, antiquior, vel recentior, quam annuæ a Sole tot confectæ indicant orbitæ? Quamobrem cum evidentissimum sit, in Deo, utpote Ente a se, seu in ejus æternitatis necessario, et individuo momento, dari non posse ante, et post, prius, et posterius, et quamvis

strammo, è impossibile) militerá sempre e sino all'infinito questa in terrogazione — Perchè non prima? Perchè non prima? Perchè non è pú vecchio il mondo? E perciò, come dicevamo, cotesta interrogazione degli Atei è appoggiata ad un falso supposto anche per questo capo, che falsamente suppone, il mondo, la di lui sostanza, e il tempo poter essere eterni dalla parte d' innanzi,

NOTA II.

Dippiù cotesta interrogazione oltre essere d' una cosa impossibile, é anche puerile, inetta, e di nessuna conseguenza. Imperocché noi chiamiamo anno quel tempo, che il Sole impiega in percorrere i duodeci segni del Zodiaco, e in ritornare a quel luogo, donde la prima volta uscì; ed asseriamo, che il Sole dal principio del mondo sino ad oggi ha compito circa a cinque mila, ottocento, e duodeci annui giri. Fingiam pertanto, come vogliono gli Atei, che in quello indivisibile necessario momento dell' Eternità, o sia in Dio, dar si possa il prima, e il dopo, ciocchè è falsissimo dell' intutto, ma purnondimeno fingiamolo; in quest'ipotesi fingiamo ancora, che il mondo abbia potuto esser creato tanto prima, quanto il dilui incominciamento in quel falso immaginario tempo corrisponda a mille anni prima di quando asseriamo essere stato creato. In questa finzione, in questo caso, che importerebbe a noi, che importeeebbe al mondo, se incominció ad essere mille anni avanti, o dopo, mentre si dovrebbe sempre numerare gli anni della sua età dal punto della sua nascita, e dall' incominiamento della sua esistenza? Forse per questo abbia potuto il mondo, o possa ora dirsi più vecchio, o più giovine, più antico, o più recente di quanto indicano i tanti annui compiti giri del Sole? Laonde cosa evidentissima essendo, che in Dio, come Ente infinito, e da se, ossia nel necessario, ed indivisibile momento della di lui eternità darsi non può il prima, ed il dopo,

falso dari posse fingatur, nihil prorsus nostra refert, et mundi, si in momento illo æternitatis antea, vel postea creatus fingatur, quam credimus conditum, vel ipsa meridiana luce clarius patet, quod hujusmodi materialistarum, et Spinozistarum objectiones, præterquam quod falso innituntur supposito, et apertam contraditionem involvunt, ineptæ quoque omnino sunt, pueriles, et vanæ; a quibus scilicet nulla deduci potest vel contortula, ac minuta conclusiuncula.

NOTA III.

Nec diversi ponderis est altera illa objectio, quam illi magni faciunt, et suorum omnium argumentorum vocant Achillem. Dicunt enim homines illi nequam, et impii. Vos asseritis, Deum esse omnipotentem, Æternum, ac Immutabilem, capite ex uno, capite vero ex alio negare non potestis, ejus decretum, quamvis liberrimum creandi hunc mundum esse quoque æternum, aliter ejus æterna voluntas concipi deberet, prius indeterminata, et postea determinata ad faciendum mundum, quod mutationem indicat, et imperfectionem. Sed hujusmodi mutationem, et imperfectionem Deo non tribuitis. Concedatis, oportet, ergo, quod mundus factus sit ab æterno. Nos respondere possemus concedendo totum argumentum, et reponendo: Ergo vos concluditis, quod mundus factus sit. Atqui id, quod factum est, initium habet sui, et id quod initium habet existendi, æternum esse nequit. Quamvis ergo nos concederemus, quod mundus, factus sit ab æterno, æternus tamen non est, quia cum dicitur factus, existendi habet initium, et per Cor. 1. Def. 6. quod æternum est, nec initium, nec finem habere potest existendi. Sicut apertam contradictio-

l' avanti, ed il poi, e che quantunque falsamente si finga potersi dare; niente affatto importa a noi, e niente al mondo, se in quel momento dell' Eternitá fingasi creato prima o dopo, di quando noi lo crediam creato; della stessa meridiana luce più chiaro assai si scorge, che siffatte oggezioni degil Atei, e dei Materialisti, oltre che sono ad un falso supposto malamente appoggiate, ed oltre che aperta contradizione involvono, sono esse ancora inette dell' intutto, puerili, e vane, dalle quali, cioè, dedur non si può conchiusuncula alcnna eziandio stiracchiata per forza, e sparutissima.

NOTA III.

Né di diverso calibro è quell' altra obbiezione, di cui eglino fanno gran conto, e che chiamano l'Achille di tutti i loro argomenti. Imperocchè dicono essi quasti uomini malvaggi; ed empii — Voi asserite da un canto, che Iddio è Onnipotente, Eterno, ed Immutabile; dall' altro canto poi negar non potete, che il di lui quantunque liberrimo decreto di creare questo mondo sia anche eterno, altrimenti concepir si dovrebbe la di lui eterna volontà prima indeterminata, e posteriormente determinata a fare il mondo: Locchè indica mutazione, ed imperfezione: ma voi non attribuite a Dio siffatta mutazione, ed imperfezione. Fa d' uopo dunque concediate, che questo mondo é stato fatto sin dall' eterno. Rispondere noi potremmo concedendogli tutto l' argomento, e ripigliando. — Voi dunque conchiudete, che il mondo è stato fatto. Ma ciò, ch' è stato fatto ha il suo incominciamento, e ciò che ha l' incominciamento della sua esistenza, esser non può eterno. Sebbene adunque concedessimo noi, che il mondo sia stato fatto sin dall' erteno; eterno purnondimeno ei non è; perchè dicendosi fatto, ha principio della sua esistenza, e per lo corol. 1. def. 6. ciocchè è eterno, aver non puó ne principio, ne fine della suá esisten-

nem involvit, dicere, quod mundus sit factus, et sit æternus, et ipse Deus facere non potest, quæ in se, et a parte rei contradictionem involvunt; ita dicendum est, quod voluntas Dei semper fuit determinata ad faciendum mundum; quia indeterminata nunquam esse potuit; mundus vero, quia factus fuit, et quia quod factum est, æternum nunquam esse potuit, æternus nunquam est; nec Deus ipse facere potuit, ut mundus, ejusve substantia sit æterna; namque id idem est ac dicere: Deus sua Omnipotentia facere potest, ut mundus factus sit, et non factus, sit æternus, et non. Et hoc præter alia argumenta, quibus luce clarius supra demostravimus, contradictiones mille involvere, quod mundus, ejusve substantia, et tempus sint æternà.

NOTA IV.

Porro tota hæc Atheorum objectio innixa prorsus est illi falso, et imaginario tempori, in quo falsò supponunt existere quoque ipsum Deum, Deique æternitatem ipsam: quæ in se, et sua natura non est, nisi ipse Deus necessario existens. Et revera sublata illa imaginarii temporis, et æternitatis idea falsa, totum ruit eorum argumentum. Tum enim conclusio ideis expressa claris, et distintis erit » Ergo mundus factus est a Deo » Cum enim æternitas non est nisi ipsa existentia necessaria Dei, et existentia Dei est eadem ipsa Dei essentia; et ideo illa vox » Eternus » nihil aliud significare potest, et indicare, nisi necessarium Deum, ejusve necessariam existentiam; manifestum est, quod dicere » Mundus factus est ab æterno » idem revera importat, ac dicere: Mundus factus est a Deo: Et sane ante mundi creationem, nec res ullæ erant, nec

za . Siccòme adunque un' aperta contradizione involve , il dire , che il mondo sia stato fatto , e sia Eterno , e lo stesso Iddio far non pnò quelle cose , che in se , e da parte del loro essere involvono contradizione ; cosí deve necessariamente dirsi , che, la volontà di Dio fu sempre determinata a fare il mondo , perchè esser non puotè mai indeterminata . Il mondo , però perché fu fatto , e ciò ch' è stato fatto, non può esser mai eterno , eterno non è mai , e neppur lo stesso Iddio far puoté , che eterno fosse il mondo , o la di lui sostanza . Imperocchè ciò sarebbe lo stesso , che dire — Iddio colla sua Onipotenza far può , che il mondo sia fatto , e non sia fatto , che il mondo sia eterno , e non sia eterno . E questo, oltre agli altri argomenti, con cui piú chiaro della luce abbiam sopra dimostsato, che mille contradictioni involve, il mondo, o la di lui sostanza , e il tompo essere eterni.

NOTA IV.

In verità tutta questa obbjezione degli Atei dell' intotto è essa appaggiata a quel falso immaginario tempo, in cui falssamente suppongono, che esiste anche lo stesso Dio, e di Dio l' eternità medesima; La quale in se, e di sua natura, non è che lo stesso Dio necessariamente esistente. Ed in realtà tolta via quella falsa idea del tempo immaginario , e dell' Eterntà, tutto cade il loro argomento . Imperocchè allora la conchiusione espressa con idee chiare, e distinte essa sarebbe »Adunque il mondo è stato fatto da Dio » Imperocchè non essendo l' Eternità se non la stessa necessaria esietenza di Dio , ed essendo l' esistenza di Dio la stessa medesima essenza di Dio, e che perciò quella parola » Eterno » niente altro significar può, ed indicare se non il necessario Dio, o la di lui necessaria esistenza; manifesta cosa si è che dire , che il mondo sia stato fatto dall' eterno importa realmente lo stesso che dire » Il mondo è stato fatto da Dio » Ed in verità prima della creatione del mondo

rerum successio ulla, nec ullum tempus erat, sed solus necessarius Deus. Quo fit, ut si quis interroget: Quando creatus est mundus? Non aliud responsum dandum sit, nisi: Tunc creatus fuit, cum ipse mundus esse incæpit, quinquies, scilicet, mille octiogentis duodecim circiter abhinc annis. Et si quis interrogare perrexerit: Quænam res erant ante mundi creationem? Si recta, et vera respondere voluerimus, nihil aliud respondendum sit, nisi » Ante mundi creationem nullæ res erant, nec tempus ullum, sed solus, unus Deus, Necessarius, Eternus, Ens a se, et Perfectissimum. Si quis vero insurrexerit dicens: capere non valeo æternam existentiam Dei, nisi mente concipio, æternitatem nihil aliud esse, quam infinitum tempus, infinita complectens momenta, horas, dies, annos, et secula. Tunc reponendum sit, nos jam pluribus luce clarius demostrasse, quod hujusmodi infinitum tempus mille contradictiones involvit apertas, et manifastas: et quamvis iste loquendi, et concipiendi modus nostro limitato, et finito intellectui, ac imaginationi accomodatior ipse sit, tamen tum quia, ut ajebamus, luce clarius demonstratum est, apertam illam contradictionem involvere, tum quia id ipsum, quod dicis, quod ita, scilicet mente conprehendis æternitatem Dei, argumentum certissimum est erroris, et falsæ, falsissimæ immaginationis; quoniam æternitas Dei mente comprehendi non potest humana, et limitata. Cum enim nos utpote finiti, et limitati mente comprehendere non possumus Ens infinitum, ejusque essentiam, existetiam, et operationes, existendique modum, et operandi; quia si mente a finitis, et limitatis hominibus comprehendi posset Ens infinitum, infinitum utique non esset, sed finitum, et limitatum, quoniam limitibus nostræ circumscriberetur limitatæ mentis; planissime liquet, quod res se ita

non vi eran cose alcune, nè di cose alcuna successione, ne v' era alcun tempo, ma il solo necessario Iddio. Donde ne siegue, che se alcun dimanda: Quando fu creato il mondo? Altra risposta dar non si dee, se non, » il mondo fu creato allora, quando appunto cominciò lo stesso mondo ad essere; sono già, cioè, circa a mille, ottocento, e duodici anni. E se alcun a dimandar sieguerà: Quali cose mai vi erano prima della creazion del mondo? altra risposta dar non si può se non, che prima della creazion del mondo non vi erano né cose alcune, nè alcun tempo, ma il solo unico Dio, Necessario, Eterno, Ente da se, e perfettissimo. Se alcun però insorgerà dicendo: » Concepir non posso l' eterna esistenza di Dio, se non mi immagino colla mente, che l' Eternità non è altro, che un infinito tempo, il quale complette infiniti momenti, ore, giorni, anni, e secoli. Allor risponder si dee, che noi abbiam giá con piú ragioni più chiaro della luce dimostrato, che si fatto infinito tempo mille contradizioni involve aperte, e manifeste: E che sebbene questo modo di parlare, e concepire é esso piú accommodato al nostro limitato, e finito intelletto, e fantasia; purnondimeno, sí, perchè come dicevamo, abbiam già piú chiaro della luce dimostrato, che ciò aperta contradizione involve; sì perchè ciò medesimo, che dici, che cosí, cioé, comprendi colla mente l' eternitá di Dio, argomento certissimo si è d' errore, e di falsa, falsissima immaginazione. Dappoicché l' Eternità comprendersi non può da una mente umana, e limitata. Imperocchè essendo, che noi come finiti, e limitati, non possiam colla mente comprendere l' Ente infinito, là di lui essenza, esistenza, ed operazioni, ed il di lui modo di esistere, ed operare; perché se colla mente dai finiti, e limitati uomini comprender si potesse l' Ente infinito; infinito certamente ei non sarebbe, ma finito, e limitato; giacchè circoscritto verrebbe dai limiti della nostra limitata mente; chiarissimamente si scorge, che la cosa cosí andar non

habere non potest, ut scilicet quis possit Deum humana comprehendere mente. Atqui æternitas Dei est eadem ipsa essentia, et existentia Dei, ejusdemque modus existendi, et creationem operandi. A nobis ergo finitis, et limitatis æternitas Dei mente comprehendi nunquam potest, multoque minus verbis significari. Quamobrem cum advesarius dixerit se mente æternitatem Dei comprehendere uon posse; tum respondendum erit, nos equidem fateri, eum vera dixisse, et hanc veniam damus, petimusque vicissim. Scimus profecto, Deum esse, et esse infinitum, perfectissimum, et Ens a se. Scimus, quod ut Ens a se, et necessarium, existit vi suæ essentiæ, et ita existit, ut non possit non esse. Scimus, qud æternitas in hoc tantum posita est, et in illa necessitate, ut non possit non existere. Scimus in Deo essentiam, existentiam, et eumdem hunc necessarium existendi modum esse unum, et idem, ac eumdem ipsum Deum; omnia enim quæ insunt Deo, quid separatum, aut diversum esse nequeunt ab ipso Deo, sed ipse Deus sunt. Hæc, inquam, scimus, fatemur, et prædicamus, comprendere autem non posse, fatemur ingenue. Ens enim finitum, et limitatum, illimitatum, et infinitum Deum numquam potest comprehendere mente. Atqui æternitas Dei, ejusque modus existendi, et operandi creationem hujus mundi, sunt ipse Deus infinitus, et illimitatus. Nequit ergo ea intellectus comprehendere humanus. Jure ergo meritoque asserimus, imo defendimus, et ad aras usque propugnamus id ipsum, quod scilicet nos Deum, ejusque existendi modum,

può, che alcun, cioè possa colla mente umana comprendere Dio. Ma l' eternità di Dio è la stessa medesima essenza, ed esistenza di Dio, lo stesso di lui modo di esistere, e di operare la creazione. Da noi dunque finiti, e limitati non si può mai colla mente comprendere, e molto meno spiegarsi con parole l' eternità di Dio. Laonde quando gl' avversario avrà detto di non poter colla mente comprendere l' eternitá di Dio; allor risponder gli si dovrà, che noi certamente confessiamo, aver egli detto il vero, e che questa perdonanza noi la concediamo, e vicendevolmente la domandiamo. Sappiamo in vero, che Iddio esiste, ed è infinito, perfettissimo, ed Ente da se. Sappiamo, che come Ente da se, e necessario esiste in vigor della sua propria essenza, e che così esiste, che non può non essere. Sappiamo, che l' etrenità in ciò è tutta riposta, e solamente consiste, in questo, cioé, necessario modo d' esistere, ed in quella necessità per cui non puó non esistere. Sappiamo, che in Dio l' essenza, l' esistenza, e questo stesso necessario modo d' esistere sono una, e la stessa cosa, e lo stesso, e medesimo Dio. Imperocchè tutte le cose, che sono in Dio, esser non possono un non so che separato, e diverso dallo stesso Dio, ma sono lo stesso medesimo Iddio. Queste cose, dico, noi sappiamo, confessiamo, e predichiamo; ingenuamente però confessiamo di non poterle comprendere. Dappoiché un Ente finito, e limitato comprender non può mai colla mente l' infinito, ed illimitato Dio. Ma l' etrnitá di Dio, ed il di lui modo d' sistere, e di operare la creazione di questo mondo sono lo stesso infinito, ed illimitato Iddio, Comprenderle adunque non può mai l' intendimento umano. Con ragione adunque,

æterniatem, et operationes ejus infinitæ potentiæ nostra non possumus limitata comprehendere mente, argumentum potius esse, qnod vera, verissima sunt hæc, quæ de Divino existendi, et operandi modo, ac æternitate loquuti sumus. Quemadmodum jure optimo præmonuit quoque ipse Hugo Grotius in libro de veritate Religionis, scribens, quod e veræ Religionis caracteribus unus est ille, si de Deo, seu de ejus essentia, ejusque existendi, et operandi modo, ea proponuntur, quæ hominum finitum, et limitatum superant intellectum. Quamobrem si sine illo imaginario tempore, quod falsum omnino esse evidentissime demonstravimus, se æternitatem Dei ante mundi creactionem mente comprehendere non posse, queruntur, et objiciunt præterea, quæ supra commemoravimus, jure quoque poterit. ac merito responderi, id ipsum, quod scilicet mente comprehendere non possunt, argumentum potius certissimum esse, quod vera, verissima sunt, quæ nos dicimus, et propugnamus; falsa vero, falsissima, quæ ipsi blaterando contendunt; et falsa quidem falsissima non solum propter innumeras, et invincibiles rationes, quas supra protulimus, et quibus lucidissime demonstravimus eorum asserta mille apertissimas, et evidentissimas contradictiones involvere, et impia assurda; sed etiam falsa, falsissima vel hoc ex solo capite, quod in eorum hypotesi mens humana, et limitata incomprehensibilem æternitatem Dei comprehendere posset, et capere: Quod sane contra ipsa ejusdem rationis humanæ principia prorsus est, et absurdum etiam naturale, quemadmodum ex modo dictis clarissime patet. Ex quo facile quis intelligit, quod eadem ipsa naturalis ratio, idem

e meritamente asseriamo, anzi difendiamo, e sostenghiamo a fronte anche di morte, ció medesimo, che il non poter noi, cioè colla nostra limitata mente comprendere Dio, ed il di lui modo di esistere, l'eternità, e le operazioni della sua infinita potenza, é più tosto un argomento d' esser vere verissime queste cose, che noi dette abbiamo sul Divino modo di esistere, ed operare, e sull' eternità. Siccome con somma ragione ci avvertì ancora lo stesso Ugone Grozio *De Veritate Religionis*, scrivendo esser uno dei caratteri della vera Religione, se intorno a Dio, ossia alla di lui essenza, e modo di esistere, ed operare vengan proposte cose, che superano degli uomini il finito, e limitato intendimento. Quindi, se senza quell' immaginario tempo, che noi evidentissimamente dimostrato abbiamo esser onninamente falso, si lagnano di non poter concepire colla mente l'eternità di Dio prima della creazione del mondo, e ci oppongono innoltre quelle cose, che sopra rammentammo; meritamente, e con tutta ragione risponder gli si potrà, che ciò medesimo, che, cioè, comprender nol possono colla mente, é più tosto argomento certissimo di esser vero, verissimo quanto noi diciamo, e proponghiamo; falso, falsissimo però quando cicalando pretendono, e falso falsissimo non solamente per le innumerevoli, ed invincibili ragioni, che abbiam sopra addotto, e che chiarissimamente dimostrano, come le loro asserzioni mille apertissime, ed evidentissime contradizioni involvono, e mille empii assurdi; ma falso falsissimo anche per quel solo capo eziandio, che nella loro ipotesi la mente umana, e limitata capire, e comprender potrebbe l' incompreensibile eternità di Dio: locchè certamente é dell'intutto contrario agli stessi principii della medesima umana ragione, ed un assurdo ancor naturale, siccome da quanto si è or detto, chiarissimamente si scorge: Dal che facilmente ognun comprende, che la stessa naturale ragione,

ipse naturalis rationis rectus usus, sensusque comunis nos inducit, adigit, compellitque, ut de Deo, ejusque æternitate, ac existendi, et operandi modo cum sermo sit, incomprehensibilia arcana mysteria, quæ alioquin contradictionem in se non involvunt, corde credamus, verbis, et operibus candidissime fateamur, et ad aras usque propugnemus invicti.

NOTA V.

Cum igitur latere ex uno homo nec conjectura assequi potest, nec unquam divinare, quæ hominum concipiendi modum superant: et latere ex altero solus Deus seipsum planissime novit, comprehenditque, eadem ipsa ratio naturalis humana poscit, imo homines adigit omnes, compellitque, ut hujusmodi incomprehensibilia arcana Mysteria non nisi ex Divina revelatione accipiant, credantque; nunquam vero ex aliorum etiam sapientiorum hominum placitis, aut inventis. Atqui vera, certaque, prout reapse debet esse religio, sine vera, certaque Dei, ejusque operum cognitione esse non potest. Veram autem, certamque Dei, ejusque operum cognitionem habere nemopotest nisi ex vera, Divina revelatione; quemadmodum id præter supra allatam naturalem, claramque rationem evidentissime etiam confirmat, comprobatque Paganorum hystoria, et Ethnicorum, ac variorum innumerabilium, et absurdissimorum errorum, quibus cuncti impliciti sunt, quot de Divina revelatione non studiose inquisiverunt, nec eamdem accipere ea veneratione, et obsequio voluerunt, quibus oportet. Clarissime ergo patet, quod eadem ipsa naturalis ratio, et experientia eò ducit, ut agnoscamus, fateamurque, veram, certamque esse non posse religionem ullam sine vera, certaque reve-

lo stesso medesimo retto uso della ragion naturale, ed il commun buon senso c' induce, ci obbliga, e stringe, che parlandosi di Dio, e della di lui Eternità, modo di esistere, ed operare, dobbiam credere col cuore, candidissimamente confessar colle parole, e coi fatti, ed invincibilmente difendere sin a fronte dei tormenti, e della morte stessa incomprensibili arcani misterii, che altronde contradizione alcuna non involivono in se stesse.

NOTA V.

Qui si prova di passaggio, ch' esser vera non puó quella religione, che appoggiata non è alla vera, Divina Rivelazione.

Essendo dunque vero da un canto, che l' uomo né congetturando escogitar può mai, nè indovinar quelle cose, che sono oltre la sfera dell' intendimento umano; e dall' altro lato il solo Dio se stesso pienissimamente conosce, e comprende; la stessa medesima naturale, ed umana ragione richiede, anzi obbliga tutti gli uomini, e li stringe a non ascoltare, e credere siffatti incomprensibili arcani misterii, se non per una espressa Divina rivelazione,non mai peró per un'opinione, od inventione d'altri uomini eziandio sapientissimi. Ma vera esser non può una religione senza la vera, e certa cognizione di Dio, e delle di lui opere; e questa vera, e certa cognizione di Dio aver non può mai l' uomo, eccetto che per una vera Divina rivelazione, come oltre la sopra addotta naturale, e chiara ragione ce lo conferma anche evidentissimamente, e ce lo comprova la storia del Paganesimo, e dell' Etnicismo, e de'varii innumerabili, e stravagantissimi errori, in cui caduti sono tutti quei, che la Divina rivelatione studiosamente ricercato non hanno, nè ascoltarla han voluto con quella venerazione, ed ossequio, che si deve. Chiarissimamente adunque si scorge, che la stessa medesima ragion naturale, e l' esperienza ci guida a conoscere, ed a confessare, che la vera, e certa religione esser non può

latione Divina incomprehensibilium arcanorum mysteriorum de essentia Dei, ejusque æternitate, et Divino existendi, operandique modo. Atqui si recta humana ratio eò evidenter ducit, manifeste patet, ab ejusdem rectæ naturalis rationis tramite longe aberrasse impios sectarios illos, qui, cum in materia Religionis se naturalis rationis humanæ signa glorientur segui, ab eadem deficiunt, contra eamdem dimicant naturalem rationem, revelationem ullam non admittentes, nec ulla Mysteria. Nos paulo inferius latiori calamo hujusmodi confutabimus impiorum hominum genus impiissimum, qui Naturalistæ dicuntur, veluti si naturalem rationem in hoc sequerentur, cum revera infensissimi sint hostes ejusdem.

NOTA VI.

Verum ut ad Atheos redeamus, et Materialistas, unde discessimus; nolim hæc a nobis eo dicta intelligantur, quasi in campo solius humanæ rationis certamine victi, egressi ab acie ad mysteria confugisse videamur. Nam vel ipsa meridiana luce clarius patet, nos in eodem solius rationis campo invictos stetisse semper, et immotos, nec ab eo vel latum unguem discessisse. Quin nequidem piget iterum renovare prælium, et cominus iterum conferre pedem, conserere manus in eodem hoc solius rationis campo, atque adversarios jam undique fugatos ita premere, et urgere: Vos impiissimi Athei, quia evidentissimas nostras demonstrationes de existentia necessaria Dei omnipotentis, et de contingentia, et creatione hujus mundi, ejusque substantiæ nullo diretto potestis vel levissimo impetere cavillo, loco cedentes, terga vertentes, et concedentes (quod negare non potestis) Dei existentiam necessariam, et contingentiam, creationemque mundi, ejusque substantiæ, telum illud aversi jecistis

senza la vera, e certa Divina rivelazione degl' incomprensibili arcani misterii dell' essenza di Dio, sua Eternitá, e Divino modo di esistere, ed operare. Ma se la retta umana ragione a tanto chiaramente ci guida, chiara cosa si è, che dal retto sentiero della stessa retta naturale ragione assai traviati sono quegli empii settarii, che in materia di religione vantandosi di seguire i soli dettami della naturale umana ragione, rivelatione alcuna non ammettono, nè alcun mistero. Noi coll' ajuto di Dio poco appresso più distesamente confutaremo quest' empii, che Naturalisti si appellano, come se in ciò seguaci fossero della ragion naturale, quando in vero nemici capitalissimi gli sono.

NOTA VI.

Ma per ritornare agli Atei, e Materialisti, donde ci siamo in vero discostati; non vorrei che queste cose da noi dette s' intendano così, quasi che sembrassimo, che nel campo della sola umana ragione, vinti in battaglia, ritirati dal conflitto, rifuggiati ci fossimo ai misterii. Imperocchè più chiaro della stessa meridiana luce si scorge, che noi siamo stati sempre invitti nel medesimo campo della sola ragione, ed a piè fermo senza esserci discostati neppur un' jota. Anzi neppur ci rincresce di rinnovare un' altra volta la battaglia, e nel medesimo campo della sola ragione attaccarli nuovamente da vicino, venir di bel nuovo alle strette, e dopo di averli già posti da ogni dove in fuga, stringere, ed incalzare così i nostri Avversarii. Voi impiissimi Atei, perchè non poteste con alcun diretto eziandio fievolissimo cavillo oppugnare le nostre evidentissime dimostrazioni della necessaria Esistenza di Dio Onnipotente, e della contingenza, e Creazione di questo mondo, e sua sostanza, cedendoci la piazza, voltando le spalle, e concedendoci, (ciocchè negar non poteste) la necessaria Esistenza di Dio, e la contingenza, e creazione del mondo, e sua sostanza, nel corso della vostra fuga lanciaste in

quod fractum in vos ipsos non sine vestro damno retorsimus, telum illud, inquam, obtusum, quo objecistis, concipere vos non posse determinatam ab æterno voluntatem Divinam faciendi hunc mundum ex uno capite, et capite ex altero mundum eundem non factum ab æterno, sed in principio temporis, id ajebatis, eam involvit contradictionem, quod scilicet, Dei Omnipotentis destruit infinitam potentiam, quasi mundum facere non potuerit ab æterno, sed tantum in tempore. Nos vero huic vestræ objectioni responsum inter alia dedimus illud, quod omnipotentia non se extendit ad ea, quæ in se, et sua natura contradictionem involvunt, et a parte rei impossibilia sunt; cum alioquin pluribus evidentissimis de nonstrationibus jam probaverimus, in se, suaque natura contradictionem involvere, et impossibile esse a parte rei, æternum esse mundum, ejusque substantiam, et tempus ipsum: quo sane responso, exufflata evanuit objecta illa contradictio, totumque jacuit vestrum illud argumentum, et id ex hoc solo responso nostro, cum quidem plura ejusdem roboris responsa protulimus, et argumenta.

NOTA VII.

Hæc satis esse poterant ad explodendas vestras fallacias, et cavillationes omnes; veritas tamen ipsa nos compellit, et urget, ut saltem hocce alio vos premamus, profligemusque responso: ex concessis, et, ut vultis, mundus, ejusque substantia sunt creata ab æterna, et omnipotenti Dei voluntate ab æterno determinata ad faciendum mundum, ejusque substantiam. Vestri argumenti hinc vis nascitur tota. Atqui, (nos insurgimus,) quacumque in opera debet concipi, quod prius extiterit operans saltem prioritate naturæ,

parti eziandio semplicissime componenti lo stesso mondo, e la di lui meteria, o sia sostanza. Se dunque le parti anche semplicissime di questo mondo, e della di lui materia esser non possono da se, o sia per se stesse; tanto maggiormente esser non può da se, ossia da per se stesso l'istesso corpo da questo medesimo mondo. Ma l'asserta estenzione corporale di questo mondo anche nei suoi medesimi termini evidentissimamente suppone il corpo, e l'esistenza del medesimo corpo. Con molta maggior ragione adunque l'asserta sostanza di questo mondo esser da se stessa non puó,ossia da per se stessa Ma per Spinosa la sostanza di questo mondo altro non è, che la detta corporale estenzione del medesimo mondo. Per una maggior ragione adunque l'asserta sostanza di questo mondo esser non può da se, ossia da per se medesima. E quindi per una molto piú forte ragione involve essa tutte quelle tante apertissime contradizioni, che nella lodata Prolusione seconda noi dimostrammo.

(5) Dire, che cotesta tua sostanza sia eterna, per te, o impiissimo Spinosa, e lo stesso, che dire — L'estenzione corporale del corpo di questo mondo è eterna » giacché poco prima hai detto — Ei non vi ha nella natura, che una sostanza, cioè l'estenzione corporale — Ma come da dimostrare or or venghiamo, l'estenzione di questo mondo esiste per l'unione delle parti componenti questo mondo. Supponi adunqqe esser eterne le parti istesse componenti questo mondo, ossia, (ciò ch'é lo stesso) la materia di questo mondo. Ma più chiaro della stessa luce, e con più ragioni di quanto forse bisognava, contro i Materialisti dimostrammo, che la materia di questo mondo esser non può eterna, non solo in quanto all'unione, ma per rapporto anchel'esistenza delle medesime parti, e loro unione. Molto maggiormen-

(6) Elle doit existere (7) necessairement par l'idee

quæ sine materia esse nequit, æterna esse non potest. Quemadmodum, videlicet, mille apertissimas contradictiones involvit, materiam esse æternam, ita a fortiori mille apertissimas contradictiones involvit et absurda dicere, quod æterna esse possit ista tua corporalis æxtensio. Quis unquam tanto delirio captus, ut tot, tantasque potuerit contradictiones somniare, tamque manifestas, absurdas, atque nefandas?

(6) Nonne dicebamus, quod helleboro quidem opus erat isti Spinosæ? Si Extensio Corporalis necessario dependet a corpore, cujus est propria, et corpus dependet a partibus componentibus: qua ratione, quo jure, qua fronte effutire ausus est, quod sit independens a quacumque causa superiore? Nunquid per hæc verba solum fortasse excludere intelligit quamcumque causam extra mundum, Creatorem scilicet Deum Omnipotentem, Liberrimum, et Sapientissimum? Atqui jam millies a nobis evidentissime demonstratum est, materiam hujus mundi, ejusque partes elementares prorsus dependere ab Omnipotenti Creatore Deo optimo, Maximo. A fortiori ergo extentio corporalis, quæ ab unione dependet omnium partium elementarium, ab Omnipotenti dipendet Creatore, et Conservatore Deo Optimo Maximo, Liberrimo, et Sapientissimo. Quis unquam animi compos tot tantaque potuit absurda proferre?

(7) Etsi daremus, quod sane absurdissimum esse,

(6) Ella deve esistere necessariamente (7) per

---

te adunque eterna esser non può l' estenzione corporale istessa della materia, che senza la materia nappur esser può. Siccome, vale a dire, mille apertissime contradizioni involve il dire, che la materia sia eterna; cosí molto maggiormente mille apertissime contradizioni involve, mille assurdi il dire, ch' eterna esser possa cotesta tua corporale estenzione. Chi fu dal delirio così agitato, che sognar abbia potuto tali, e tante contradizioni, e tanto manifeste, stravaganti, ed orrende?

(6) Non lo dicevamo noi, che Spinosa era certamente frenetico? Se l' estenzione corporale necessariamente dipende dal corpo, di cui é propria, ed il corpo dipende dalle parti componenti, e loro unione; con qual ragione, con qual diritto, con quale fronte ardì egli ciarlare, che sia essa indipendente da qualunque causa superiore? Forse che egli con queste parole intese solamente escludere qualunque causa estramondana, Dio, cioè, Creatore Onnipotente, Liberrimo, e Sapientissimo? Ma giá mille volte è stato da noi evidentissimamente dimostrato, che la materia di questo mondo, e le di lui parti elementari totalmente dipendono dall' Onnipotente Creatore Dio ottimo Massimo. L' estenzione corporale adunque, la quale dall' unione dipende di tutte le parti elementari, molto maggiormente dipende dal Creatore, e Conservadore Dio Ottimo Massimo, liberrimo, e Sapientissimo. Chi di retta ragion dotato proferir potè mai sttavaganze tali, e tante?

(7) Quantunque noi concedessimo, che la ma-

pluribus demonstravimus ab initio, Materiam, aut partes ejus elementares esse necessarias; non ideo tamen sequeretur, quod necessaria quoque esse deberet, aut posset unquam corporalis extensio. Cum enim supra demonstravimus, quod extentio corporalis nihil aliud sit, quam ea partium materiam componentium unio, et coesistentia, qua partes juxta se, et extra se invicem positæ faciunt unum; facile intellectu est, quod hujusmodi partes in se, et sua natura poterant ita disponi, ut, aut non facerent unum, aut diversimode facerent; ita ut, aut nulla prorsus existeret hujusmodi unio partium, aut alia prorsus exurgeret quomodocumque diversa. Atqni asserta extensio corporalis nihil aliud est, quam hujusmodi unio partium. Sicut ergo hujusmodi unio potuit non esse, aut aliter esse quam est; ita asserta corporalis extensio in se, et sua natura potuit aliter esse. Atqui id quod non esse, aut aliter esse potuit, per definitionem 9 et 10, necessarium non est, sed contingens. Extensio ergo corporalis, seu asserta substantia hujus mundi necessaria non est, sed contingens, seu non debet necessario existere, sed contingenter. Sed Spinosa effutiebat inepte, quod debet necessario existere. Debet igitur, et non debet. Sed hoc manifestum est absurdum. Manifestum ergo est absurdum, quod corporalis extensio, seu asserta Spinosiana Substantia hujus mundi debet necessario existere. Et hoc quidem etiamsi daremus, partes elementares hujus mundi esse necessarias. Atqni millibus, et ipsa luce lucidius demonstratum dedimus

teria, o le di lei parti elementari siano necessarie, ciocchè da principio con più ragioni dimostrammo essere certamente assurdissimo; tuttavia non per questo ne seguirebbe, che dovesse, o potesse mai esser anche necessaria la corporale estenzione. Imperocchè avendo noi sopra dimostrato, che l' estenzione corporale niente altro è, che quella unione, e coesistenza delle parti componenti la materia, per cui le parti poste scambievolmente ognuna vicino, e fuor dell' altra formano uno; facile cosa a comprendere si é, che tali parti in se, e per sua natura poteano esser disposte in guisa, che o non facessero uno, o lo facessero diversamente, di modo che, o non esistesse dell'intutto alcuna siffatta unione di parti, o ne resultasse un' altra qualunque totalmente diversa. Ma l' asserta estenzione corporale niente altro si è, che siffatta union delle parti. Siccome adunque siffatta unione potè non esistere, o essere diversamente di com' é; così l' asserta estenzione corporale in se, e per sua natura poté o non essere affatto, od esser diversamente. Ma ciò, che poté non essere, o esser, diversamente pet la definizione 9. 10. non è necessario, ma contingente. L' estenzione corporale adunque, o sia l' asserta sostanza di questo mondo necessaria non è, ma contingente, ossia non deve esistere necessariamente, ma contingentemente. Ma Spinosa inettamente spacciava, che deve esistere necessariamente; dunque lo deve, e non lo deve. Ma questo é un manifesto assurdo. Manifesto assurdo dunque si è, che la corporale estenzione, o sia l'asserta Spinosiana Sostanza di questo mondo deve esistere necessariamente. E ciò in vero, quando anche concedessimo, che le parti elementari di questo mondo siano necessarie. Ma noi sin da principio con mille ragioni, ed in una maniera più brillante della stessa luce dimostrammo, che la materia di questo mon-

uraie, que nous ne avons (8) car de meme que Descartes a conclu de l' idee d' un Etre infiniment par-

---

ab initio, Materiam hujus mundi, ejusque elementares partes necessarias esse non posse, sed contingentes. A fortiori ergo necessaria esse nequit asserta substantia, seu corporalis extensio hujus mundi, quæ per se non existit unquam, sed per Materiam, ejusque prima ælementa ita juxta se invicem posita, ut faciant unum.

(8) Atqui nos jamjam demonstravimus, quod idea assertæ Substantiæ, seu assertæ corporalis extensionis tanquam in se existentis, et per se ipsam, etc: est falsa falsissima, mille, scilicet contradictiones involvit, et manifestissima absurda. Per ideam ergo, quam hujusmodi substantiæ sibi male fingit Spinosa delirans, non solum nequit necessario existere, sed nec contingenter, utpote quæ nec Ens est, sed falsa, falsissima dementis idea Spinosæ. Quis enim dixerit, aut concesserit unquam, quod extensio alicujus corporis sit Ens aliquod ab eodem extenso corpore distintum, atque diversum in se, et per se ipsum subsistens? Ideo tantum abest, quod debeat necessario existere, quin imo naturaliter impossibilis est. En quam falsa, et pugnantia helleborisi, et impii Spinosæ deliria vana! Et id, cum etiam verum esset illud stultum principium a Spinosa suppositum, quod, scilicet, quævis res, cujus nos ideam habemus veram, debeat necessario existere. Quid ergo dicendum, cum hoc suppositum Spinosæ principium ipso stultissimo Spinosa, ac eadem ipsa stultius est? Sicut enim absurdum

l'idea vera che noi ne abbiamo (8) Imperocchè nella stessa maniera che Cartesio dall' idea d' un Es-

---

do, e le di lei parti elementari esser non possono necessarie, ma contingenti. Per una ragione dunque più forte, necessaria esser non può l'asserta sostanza, o sia la corporale estenzione di questo mondo, la quale non esiste giammai da per se stessa, ma per la materia, e i di lei primi elementi, così l' uno vicino all' altro vicendevolmente situati, che facciano uno.

(8) Ma noi venghiamo giá già da dimostrare, che l' idea dell' asserta sostanza, o sia dell' asserta corporale estenzione. come esistente in se, e da per se stessa etc. è essa false falsissima, involve, cioè, mille manifestissime contradizioni, e mille assurdi. Per l'idea adunque di sifatta sostanza, che malamente si finge il delirante Spinosa, non solamente non puó essa necessariamente esistere; ma neppur contingentemente, come quella, che neppur é Ente, ma una falsa falsissima idea del dementato Spinosa. Imperocchè chi potrá dire mai, o concepire, che l' estenzione di un qualche corpo è un qualche Ente, che distinto, e diverso del corpo esteso sussista in se, e da per se stesso? Quindi tanto è lungi, che debba necessariamente esistere, quanto anzi é naturalmente impossibile. Ecco quanto son falsi, e repugnanti i vani deliri dell' elleboroso, ed empio Spinosa! E ciò quand'anche vero si fosse quel principio stravagante supposto da Spinosa, che ogni cosa, cioè, di cui ne abbiamo un' idea vera debba essa necessariamente esistere. Che si dirà dunque quando questo supposto principio è piú stravagante dello stesso stravagantissimo Spinosa, e della stessa medesima stravaganza? Imperocché siccome un assurdo piú stravagante del-

fait, existant necessairement, que un tel Etre devoit e-xister ; ainsí de le idee uraje, que nous avons de la Substance, on conclud (9) que elle doit necessairement

---

ipsa absurditate absurdius esset, dicere, quod cunctæ illæ res cæteroquin in se non repugnantes, sed potius naturaliter possibiles, quas vel in somniis somniamus, vel in fabulosis legimus libris, et poematibus, debeant necessario existere, et hoc propter illam solam rationem, quia nempe idea earum vera remansit nobis, ideamque veram habemus earum; ita absurditatem infinite majorem continet hæc Spinosæ propositio, dum propter hanc solam rationem vult, quod debeant necessario existere, non tantum res naturaliter possibiles, sed res etiam naturaliter impossibiles, qualis est Extensio Corporis, sine Corpore Extenso.

(9) Oh ! delirantis Spinosæ stupenda deliria, et absurda impudentissima,! Quoniam ex idea Entis infinite perfecti, et necessario existentis Cartesius intulit » Ergo hoc idem Ens debuit necessario existere » Spinosa contendit, quod ex idea assertæ suæ substantiæ, seu Entis infinite imperfecti, imo non-Entis eodem jure sibi licet inferre » Ergo hujusmodi imperfecta substantia debet necessario existere » Quis porro non videt ,? Quis unquam non clarissime intelligit, quod si Cartesius ex idea Entis infinite perfecti jure conclusit: Ergo debuit existere; ita e contra ex idea Entis infinite imperfecti concludendum omnino est » Ergo hujusmodi imperfecta Substantia est absolute impossibilis, et nequit prorsus existere? » Reapse enim contradictionem involvit apertam, aliquid esse infinite imperfectum, idest nulla omnino perfectionem habere, et habere existententiam. Cum enim exi-

sere infinitamente perfetto, esistente per necessità ne ha conchiuso, che un tal essere dovea esistere; così dall' idea vera, che noi abbiamo della sostanza si conchiude (9) ch' essa deve necessariamente esiste-

---

la stessa stravaganza sarebbe il dire, che tutte quelle cose per altro non repugnanti in se stesse, ma più tosto naturalmente possibili, che sognate ci abbiamo nel sonno, o lette nei Romanzi, e nei Poemi, devono necessariamente esistere, e ciò per quella sola ragione, perchè, vale a dire, ce n' é restata, e ne abbiamo noi un' idea vera; così una stravaganza infinitamente maggiore inchiude questa proposizione di Spinosa, mentre per questa sola ragione vuole, che devono necessariamente esistere non solamente le cose naturalmente possibili, ma pure le cose naturalmente impossibili, qual' è l' estenzione del corpo senza il corpo esteso.

(9) Oh! stupendi delirii, ed assurdi sfacciatissimi del delirante Spinosa! Perchè dall' idea di Ente infinitamente perfetto, e che necessariamente esisiste, Cartesio ne inferì — Questo medesimo Ente adunque dovè necessariamente esistere — Spinosa pretende, che dall' idea della sua asserta sostanza, ossia dall' idea d'un Ente infinitamente imperfetto, anzi di non-Ente per egual diritto gli è lecito inferire: Siffatta imperfetta sostanza adunque deve necessariamente esistere. Or chi certamente non vede? Chi mai non comprende chiarissimamente, che se dall' idea di un Ente infinitamente perfetto a ragion Cartesio ne conchiuse — dunque dovette esistere — *Cosí* dall' idea d' un Ente infinitamente imperfetto, si deve assolutamente conchiudere — Dunque siffatta imperfetta sostanza è essolutamente impossibile, ed in modo alcuno esistere non può? Imperocché in realtà apertissima contradizione involve, che una cosa sia infinitamente impesfetta, che non abbia, cioè, affatto affatto perfezione alcuna, ed abbia l' esisten-

stentia reapse est ex perfetionibus una, sequeretur, quod haberet unam perfectionem, quia supponitur habere existentiam: et non haberet, quia supponitur nullam habere perfectionem. Contradictionem ergo involvit apertissimam, dicere, quod aliquid nulla habeat perfectionem, et tamen habeat existentiam. Atqui quod contradictionem involvit, est absolute impossibile, et nequit prorsus existere. Substantia ergo illa a Spinosa stultissime ficta apertam involvit contradictionem, est absolute impossibilis, et nequit prorsus existere. Illud quidem videri poterat impossibile factu, quod eo dementiæ, stultitiæ, et impudentæ Spinosa pervenerit, ut asserere non erubuerit, quod hujusmodi ab eo ficta substantia in se, et ex sua intrinseca natura sit ipsa omnino imperfectissima. Verum cum revera ita stutissime deliravit Spinosa, Spinosistis, et Jacobinis omnibus fatendum penitus est, quod nihil Spinosa, et Spinosistis dementius, nihil stultius, nihil impudentius esse, aut fingi unquam potest. En ejusdem Spinosæ ipsa verba eodem loco, sed paulo inferius relata » *La substance, comme substance, n' a ni puisance, ni perfections ne intelligence* » Si ergo per Spinosam ipsum, eadem asserta ab eo substantia ut substantia, idest in se, et ex sua intrinseca natura, et essentia non habet nec potentiam, nec intelligentiam, nec perfectionem ullam, ex demontratis clarissime patet, quod ipsa in se, et ex sua intrinseca natura, et essentia, utpote quæ nullam habet perfectionem, apertam contradictionem involvit, est absolute impossibilis, existentiam, quæ est ex perfectionibus una, nequit habere, et ex se, et ex sua intrin-

za. Dapoiché vero essendo, che l'esistenza realmente è una delle perfezioni, ne seguirebbe, che avrebbe una perfezione, perchè si suppone, che ha l' esistenza, e non l' avrebbe, perché si suppone di non averne alcuna. Apertissima dunque contradizione involve, il dire, che una cosa non abbia perfezione alcuna, ed abbia tuttavia l' esistenza. Ma ciò che involve contradizione è assolutamente impossibile, ed esistere non può in modo alcuno. Quella sostanza adunque stravagantissimamente finta da Spinosa, aperta contradizione involve, è assolutamente impossibile, ed esister non puó in modo alcuno. Poteva certamente sembrare impossibile a verificarsi, che Spinosa arrivato sia a tale grado di demenza, di stravaganza, e d' inverecondia, che arrossito non si sia d'asserire, che siffatta da lui finta sostanza in se, e di sua intrinseca natura sia essa dell' intutto imperfettissima. Essendo però vero, che realmente cosí stoltissimamente delirò Spinosa, i Spinosisti tutti, e tutti i Giacobini devono onninamente confessare, ch' esservi non vi può, nè fingersi mai cosa più frenetica, più stravagante, e più invereconda di Spinosa, e de' Spinosisti. Ecco le identifiche parole del medesimo Spinosa nello stesso luogo, ma un poco più sotto riferite » La sostanza come sostanza non ha nè potenza, nè perfezione, ne Intelligenza » Se dunque per lo stesso Spinosa la medesima da lui asserta sostanza, come sostanza, in se, cioè, e per sua intrinseca natura, ed essenza non ha né potenza, nè intelligenza, nè perfezione alcuna; in vigor di quanto abbiamo dimostrato, chiarissimamente ne siegue, ch' essa in se, e per sua intrinseca natura, ed essenza, come quella appunto, che alcuna perfezion non ha, aperta contradizione involve, è assolutamente impossibile, non può aver l' esistenza, ch' é una delle perfezioni, ed in se, e per sua intrinseca natura esi-

exister, ou que son existence, et son essence sont une verité (10) eternelle. La substance a donc toutes les propriètes inseparables de l' Etre existant par lui meme (11) Elle est simple, et exempte da toute compo-

---

seca natura nequit existere. In tanta evidentia rerum, nonne Spinosistas pudere debet, et Jacobinos ?

Præterea in hoc citato passu ipse dicit, quod substantia, ut substantia neque potentiam habet ullam. Atqui ut aliqua res existat, opus est, ut potentiam habeat utique existendi. Hæc ergo Spinosiana substantia, ut substantia neque potentiam habet existendi. Atqui a non posse, ad non esse bene valet consequentia. Si ergo asserta Spinosiana substantia ut substantia neque potentiam habet existendi, ipsa nequidem existit. Ad hæc quid Spinosistæ ?

(10) Jam ex demonstratis, vel ipsa luce lucidius patet, quod ex ipsis ejusdem Spinosæ verbis, quibus ipse hujusmodi substantiam ex se, sua natura, et essentia nullam perfetionem habere contendit, neque potentiam; luce lucidius, inquam, patet, quod hujusmodi imperfectissimæ substantiæ existentia, et essentia, æternam contradictionem involvunt. Atqui id, quod contradictionem involvit, est falssum Tantum abst ergo quod hujusmodi substantiæ existentia, et essentia sunt quædam æterna veritas, quin imo sunt falsitas æterna, manifesta, atqne nefanda. Oh ! inaudita hominis impudentia, et improbitas, qui tantas, et tam manifestas contradictiones, et inauditos errores tam improbe, et impudenter proferre ausus est !

(11) Quemadmodum ex jam demonstratis planissime intelligitur, quod hujusmodi Spinosiana Substantia non modo nullam habet proprietatem ex proprietatibus a re vere existente inseparabilibus, sed imo utpo-

re, o che la sua esistenza, e la sua essenza sono una verità (10) eterna. La sostanza adunque ha tutte le proprietà inseparabili dall' Essere esistente da per se stesso (11). Ella é semplice, ed esente da qualunque

---

stere non può. In tanta evidenza delle cose arrossirsi non devono i Spinosisti, e i Giacobini?

Innoltre in questo citato passo ei dice, che la sostanza, come sostanza non ha neppure alcuna potenza Ma per esistere v' è di bisoguo, che la cosa abbia appunto la potenza d' esistere. Questa Spinosiana Sostanza adunque, come sostanza non ha neppure la potenza d' esistere. Ma dal non potere al non essere la conseguenza va troppo bene. Se dunque l' esserta Spinosiana sostanza come sostanza non ha potenza di esistere, essa neppure esiste. A queste ragioni che risponderanno mai i Spinosisti?

(10) Già da quanto dimostrato abbiamo, più chiaro anche della stessa luce si scorge, che dalle medesime parole dello stesso Spinosa, per cui egli pretende, che tale sostanza da se, e per sua natura, ed essenza non ha perfezione alcuna, ne alcuna potenza, più chiaro, dico, della luce si scorge, che l'esistenza, e l' essenza di tale imperfettissima sostanza un'eterna contradizione involve. Ma ciò che contradizion involve è falso. Tanto dunque è lungi, che l' esistenza, e l' essenza di tale sostanza siano una verità eterna, quanto anzi sono una eterna, manifesta e nefaria falsità. Oh! inaudita improbità, e sfacciatezza d' uomo, che tanto sfacciata, e malvagiamente proferire ardi tante, e sì manifeste contradizioni, e non mai intesi assurdi!

(11) Siccome da quanto dimonstrato abbiamo, chiarissimamente si comprende, che tale Spinosiana sostanza non solamente non ha alcuna proprietà di quelle che inseparabili sono da una cosa veramente esi-

sition. Elle ne peut (12) être divi sée en parties. Car

te quæ neque potentiam habet existendi, et tantas, tamque apertas contradictiones involvit, quantas modo demonstravimus, eas omnes notas, et characteres habet, quæ revera a nihilo, et a re absolute impossibili inseparabiles omnino sunt; ita quoque inficiari jure nequibit, quin solus improbissimus ille Spinosa, et illo vel nequiores Jacobini potuerint tam manifesta, tamque horrenda absurda proferre, tantumque audere nefas.

(12) Quousque tandem, o omnium perfidissime Spinosa, abuti conabere imperitorum crassa minerva, et incautorum adolescentium imprudenti simplicitate? Si ista tua Substantia per te ipsum nihil aliud est quam corporalis Extensio; si extentio corporalis ex sua intrinseca natura, ac essentia, et ex sua recta definitione nihil aliud est, quam ea multarum partium dispositio, compositio, seu unio, qua unaquæque earum extra aliam posita est, ita ut unaquæque ibi sit, ubi non est alia, aliter Extensio nec esse, nec concipi unquam potest, ut supra demonstravimus, et unicuique clarissime patet; si in hac charta in qua legimus, quisque hominum deprehendit, quod nec ipsa carta quidem, nec ejus extensio ulla esse, aut concipi unquam potest, nisi prius concipiantur ejusdem chartæ plures partes, ita simul inter se unitæ, ut earum unaquæque ibi sit, ubi alia non est; si item vel imperitissimus quisque propriis inspicit oculis, propriis pertractat manibus, et vel nemine admonente, animo percipit, clarissime concipit, ac a suo intimo sensu, et conscientia convictus, fateri compellitur, quod hujus chartæ corporalis extentio ex illa exurgit, cohalescitque multarum partium

composizione. Essa non può esser divisa in parti.(12)

---

stente, ma anzi, come quella, che neppur ha lla potenza d' esistere, e tante, e tanto manifeste contradizioni involve, quante testè dimostrato ne abbiamo, tutti quei caratteri essa ha, e tutte quelle note, che in veritá affatto inseparabili sono dal nulla, e da una cosa assolutamente impossibile; così ancora negar giustamente non potrassi, che quel solo fellonissimo Spinosa, e i più malvagi anche di lui i Giacobini ardir poterono, e proferire si manifesti, ed orrendi assurdi, e si grande sceleratezza.

(12) Fino a quando, o fra tutti perfidissimo Spinosa abusarti tenterai della crassa ignoranza degl'imperiti, e della imprudente semplicità degl'inaccorti Giovanetti? Se cotesta tua sostanza per te stesso altro non é, che l'Estenzione corporale; e se l'estensione corporale per sua intrinseca natura, ed essenza e giusta la sua retta definizione, altro non è, che quella disposizione, composizione, o sia unione di molte parti, per la quale ognuna delle medesime posta fuor dell' altra in guisa tale, che una sia ivi, dove l'altra non è, altrimenti nè esservi può, nè concepirsi mai Estentione, come sopra dimostrammo, e come ognuno chiarissimamente scorge; se in questa stessa carta, ove leggiamo, ciascun degli uomini comprende, che neppur questa stessa carta, nè qualunque sua estensione esser può, o concepirsi mai, se non si concepiscono prima le molte parti della medesima carta, cosí insiem fra loro unite, che ognuna di esse ivi sia, ove non é l' altra; se inoltre qualunque siasi anche imperitissimo, vede coi suoi proprii occhi, tratta colle proprie mani, e senza pure che alcun glielo dica, chiarissimamente conosce, e comprende colla mente, e dal suo intimo sentimento, e coscienza convinto, vien a confessar costretto, che la corporale estenzione di questa carta è composta, e prodotta da quella composizione

compositione, qua unaquæque earum exra aliam posita est, ita ut possit etiam ab illa dividi, et separari, et reapse vel imperitissimus quisque sæpe chartam in mille dividet partes, factuque separat ipso, divisasque numerat partes, et ab invicem separata fragmenta; si hæc, inquam, ita clara, et evidentia sunt ut nihil clarius, aut evidentius esse, aut fingi unquam possit, nec vel imperitissimum quemquam latere quidem possint, nisi tantum illos, qui omni prorsus ratione carent, sensuque comuni; cum hæc, inquam, ita sint, qua fronte, o omnium improbissime Spinosa, qua audacia, qua inaudita improbitate dicere ausus es, quod corporalis extensio, seu ista tua substantia mundi est simplex, partium, et omnis composizionis penitus expers, et quæ in partes dividi nequit? Si hæc tua substantia per te nihil aliud est nisi corporalis extensio, et ista corporalis extensio ex intrinseca sua natura, et essentia non potest non habere partes, quo jure dicis, quod non habet partes, et est simplex? En tua contradictio, et absurdum. Habet, et non habet partes; est, et non est simplex. Est simplex, quia tu ipse dices; et non est simplex, quia tu ipse dicis, quod est corporalis, et quod est extensio; cum alioquin tam corpus, quam extensio nec esse, nec concipi unquam possunt sine partibus, et sine compositione.

Verum hic loci ista tua verba legendo, quis unquam non mecum exclamet: oh! magna vis veritatis, quæ vel ab ipsis improbissimis, et invitis inimicis verum elicit testimonium! Dum absurdis absurda

di molte parti, per la quale ognuna delle medesime è posta fuor dell' altra in guisa tale, che possa esser divisa da quella, e separata, ed in effetto chicchesia eziandio imperitissimo divide spesso la carta in mille parti, e col fatto medesimo le separa, e ne numera le scambievolmente divise parti, e separati fragmenti; se queste cose, io dico, così chiare sono, ed evidenti, che altra cosa più chiara, ed evidente nè esservi nè idearsi mai si può, e che ignorar neppur le può qualunque eziandio ignorantissimo uomo, eccetto che quei soli, i quali sono d' ogni ragione, e del senso comune affatto affatto privi, essendo così le cose, io ripeto, con qual fronte, o fra tutti gli uomini improbissimo Spinosa, con qual' audacia, con quale inaudita fellonia hai ardito dire, che la estenzione corporale, o sia cotesta tua sostanza del mondo é semplice, e dell' intutto esente di parti, e d' ogni composizione, e che non può esser divisa in parti? Se questa tua sostanza per te altro non è che la corporale estenzione, e cotesta corporale estenzione per sua intrinseca natura, ed essenza non può non aver parti, con qual ragione dici, che parti aver non può, ed è semplice? Ecco la tua contradizione, ed assurdo. Ha parti, e non ne ha. È semplice, e non lo è. È semplice, perché tu stesso lo dici: e non è semplice, perchè tu stesso dici, ch' è corporale, e ch' é estenzione; quando per altro sí il corpo, come l' estenzione nè essere, né concepirsi possono mai senza parti, e senza composizione.

Ma in questo passo, legendo coteste tue parole, chi mai non esclamerà meco: oh! gran potenza della verità, che verace testimonianza estorce anche dagli stessi anche più felloni, e malvolentieri nemici! Mentre cumuli assurdi ad assurdi, e contradittorie

congeris, et pugnantia verba, id præter tuam intentionem invitus adstruis, quod in tuo monstruoso systemate, omni nisu oppugnare contendis. Adstruis nempe his verbis, quod substantia illa, a qua hujus mundi intelligatur existentia, simplex sit, oportet, unica, partium, omnisque compositionis expers, et indivisibilis. Atqui apertam contradictionem involvit, et a parte rei omnino impossibile est, quod corpus hujus mundi, ejusque corporalis Extensio, seu sobstantia ipsa hujus mundi sit simplex, partium, et omnis compositionis expers, unica, et indivisibilis, ut supra demonstravimus. Apertam ergo, et manifestam contradictionem involvit, quod existentia hujus mundi ex hujusmodi tua substantia mundi intelligi possit, et concludi. Intelligatur itaque oportet ex alia substantia vere simplici, vere indivisibili, vere unica, vere partium, et omnis compositionis experte, vere infinita, vere indipendenti, et æterna, vereque necessaria, atque ideo penitus ab hoc mundo diversa, atque ab ejus substantia. Atqui hic est vere Deus. Dum ergo contradictionibus, et pugnantium verborum strophis tute ipse involvis, ut Summi Dei ab hoc mundo, ejusque substantia penitus diversi, atque distincti evidentem existentiam oppugnare, eamdem adstruxisti, ejusque necessitatem evidentissime demonestrasti, invitus quod noleb s, fassus es, et confirmasti. Oh! Spinosistarum, et Jacobinorum stupiditas inaudita, qui tot, tantaque, et tam manifesta, biante ore, blbunt absurda, et contradictiones!

parole, malvolentieri contro ogni tua intenzione consolidi ciò, che nel tuo mostruoso sistema a tutto potere d' oppugnar ti sforzi. Con queste parole, vale a dire, tu consolidi, che quella sostanza, dalla quale intender si debba l' esistenza di questo mondo, è necessario, che essa sia semplice, unica, indivisibile, e di parti esente, e d' ogni composizione. Ma aperta contradizione involve, ed é per sua natura affatto impossibile, che il corpo di questo mondo e la di lui corporale estenzione, o sia la stessa sostanza di questo mondo sia essa semplice, di parti esente, e d' ogni composizione, unica, ed indivisibile, come sopra dimostrammo. Aperta dunque, e manifesta contradizione involve, che l' esistenza di questo mondo intender si possa e comprendersi da tale tua sostanza del mondo. È necessario dunque s' intenda da un' altra sostanza veramente semplice, veramente indivisibile, veramente unica, veramente scevra di parti, e d' ogni composizione, veramente infinita, veramente indipendente, ed eterna, veramente necessaria, e che perció sia totalmente diversa da questo mondo, e dalla di lui sostanza. Ma quest' è veramente Iddio. Mentre tu dunque involvi te stesso nelle contradizioni, e ne' giri di contradittorie parole per combattere l' evidente esistenza del sommo Dio totalmente diverso, e distinto da questo mondo, e dalla di lui sostanza, consolidasti la medesima, ed evidentissimamente ne dimostrasti la necessità, contro ogni tua intenzione confessasti, e confermasti ciò, che confessar non volevi, né confirmare. Oh! stupidità inaudita de' Spinosisti, e dei Giacobini, che a bocca aperta bevono tali, tanti, e sì manifesti assordi, e contradizioni!

si elle pouvoit avoir des parties, ou chaque partie de la substance seroit infinie, et existeroit par elle-meme, de sorte, que de une substance il ne naitroit plusieurs, ce qui est absurde; et ces parties n' auroient encore rien de commun avec leur tout, ce qui n' est pas moins absurde: ou les parties ne conserveroient point la nature de la substance: Ainsi la substance divisée, en perdant sa nature, cesseroit d' être, ou de subsister par elle-meme (13). De la il

---

(13) Quis unquam rationis compos non videt, quod hujusmodi pugnantium verborum strophis alioquin ineptissimis impudentisimus Spinosa ab imis fundamentis evertit systema idem ipse suum? Si enim substantia illa, a qua mundi intelligatur existentia, per eumdem ipsum Spinosam oportet, ut sit, et subsistat per se ipsam; et id quod partes habet, per eundem ipsum Spinosam, ut hic idem ipse fatetur, cum sit, et subsistat per compositionem ipsarum partium, contradictionem involvit, dicere; quod sit, et subsistat per se ipsum; vel ipsa meridiana luce clarius patet, quod sicut apertam contradictionem involvit dicere, quod hic, mundus, ejus substantia, sive ejus corporalis extentio partes non habeat, ut supra probatum dedimus; ita apertam quoque contradictionem involvit, dicere, quod sit, et subsistat per se ipsam; Atqui idem ipse Spinosa in his suis ineptissimis alioquin verbis concedit, et fatetur, quod existentia hujus mundi intelligatur, oportet, a quadam substantia unica, simplici, et indivisibili, quæ sit, et subsistat per se ipsam. Apertam ergo contradictionem involvit, asserere, quod ex ea intelligi possit existentia mundi. Dicendum ergo, quod existentia mundi, utpote Entis compositi, et contingentis intel-

Imperocchè se essa potesse aver delle parti; o ciascuna parte della sostanza sarebbe infinita, ed esisterebbe per se stessa, in guisa che da una sostanza ne nascerebbero molte, ciocchè è assurdo, e queste parti non avrebbero niente di comune col loro tutto, ciocchè non é meno assurdo: o le parti non conserverebbero la natura della sostanza: Così la sostanza divisa, perdendo la sua natura, cesserebbe di essere, o di sussistere per se stessa (13). Quindi ne sie-

---

(13) Chi mai di sana mente essendo, non conosce, che lo stravagantissimo Spinosa con tali giri di repugnanti parole, per altro inettissime, sin da' più alti fondamenti egli medesimo rovescia il suo proprio sistema? Imperocchè se quella sostanza, dalla quale intender si debba l'esistenza del mondo, per lo stesso medesimo Spinosa fa d' uopo, ch' essa sia, e sussista da per se stessa, e ciò che ha parti, per lo stesso medesimo Spinosa, come qui egli medesimo confessa, esistendo, e sussistendo per la composizione delle sue parti, contradizione involve, il dire, che esiste, e sussiste per se stesso; della stessa meridiana luce più chiaro anche si scorge, che siccome aperta contradizione involve, il dire, che questo mondo, la di lui sostanza, o sia la di lui corporale estenzione non abbia parti, come sopra dimostrammo, così ancora aperta condtradizione involve, il dire, che essa sia, e sussista per se medesima. Ma lo stesso medesimo Spinosa in queste sue per altro inettissime parole concede, e confessa, che l' esistenza di questo mondo fa di uopo intendersi da una sostanza unica, semplice, ed indivisibile, che sia, e sussista da per se stessa. Aperta dunque contradizione involve, l' asserire, che da essa intender si possa l' estenzione del mondo. Dee dunque necessariamente dirsi, che l' estenzione di questo mondo, come Ente composto e contingen-

suit qu' il ne peut pas y avoir deux substances,(14)et

---

ligi debeat ab alio Ente Extramundano, Necessario, et Simplicissimo, quod existit per se ipsum, sive vi suæ essentiæ, quod plane idem est, ac dicere: Hic mundus, ejusque corporalis Extensio, et substantia, ut existeret, Creatore indiguit Necessario, Æterno, Sapientissimo, et Omnipotenti, ac penitus diverso ab ipso mundo, ejusque substantia. Ipse ergo Spinosa in his verbis invitus, et præter suam voluntatem, demonstrationem contexuit Existentiæ veri Dei ab hoc mundo diversi.

(14) Oh! inaudita hominis impudentia, et audacia! Cum cuncti equidem homines unusquisque sui ipse conscius, ac sua ipse interna conscientia motus, prout clarissime agnoscit, ita pleno ore fatetur, imo contendit acerrime, se brutum animal non esse, nec truncum inertem, aut immotum lapidem; dum, inquam, unusquisque acerrime contendit, se semetipsum esse, et non alium hominem, idest se unum esse ex omnibus cæteris hominibus, sed ab eis plane divisum, separatum, ac prorsus distinctum, seu, quod idem est, dum omnes quisque pro se pulcherrime agnoscit, et contendit acerrime, se Ens esse, sive substantiam distinctam, et separatam ab omnibus aliis rebus quasi innumerabilibus, ex quarum omnium coesistentia, et successione componitur totus hic mundus, ejusque exurgit, atque elucescit pulcherrimus ordo; dum quisque hominum, inquam, evidentissime agnoscit, contenditque se Ens esse, et quandam substantiam separatim, et distintim ab omnibus aliis existentem, et subsistentem, atque ideo in toto hoc mundo quot

gue che darsi non possono due sostanze (14) e che

---

intender si debbe da un altro Ente estramondano; semplice, e necessario, che esiste da per se stesso, o sia in forza della sua essenza: Locchè certamente è lo stesso che dire; questo mondo, e la di lui corporale estenzione, e sostanza per esistere ebbero bisogno d' un Creatore Necessario, Eterno, Sapientissimo, ed Onnipotente, e totalmente diverso dal mondo medesimo, e dalla di lui sostanza. Lo stesso Spinosa adunque in questo passo contro sua volontà, e senza accorgersene dell' esistenza del vero Dio la dimostrazion fabbricò.

(14) Oh! audacia, ed inverecondia di uomo non mai intesa! Mentre tutti certamente gli uomini conscio ognuno di se stesso, e spinto dall' interna coscienza di se medesimo, come chiarissimamente riconosce, così a piena bocca confessa, anzi a tutta possa contende, di non essere bruto animale, nè tronco inerte, od immobile macigno; mentre, io dico, ciascuno acerrimamente sostiene di esser egli semedesimo, e non già un altro uomo, esser egli, cioè, uno di tutti gli altri uomini, ma dai medesimi certamente diviso, diverso, separato, e totalmente distinto, ossia, ciocchè è lo stesso, mentre tutti gli uomini ognun da sua parte chiarissimamente riconosce, ed acerrimamente sostiene, esser egli un Ente, o sia una sostanza distinta, e separata da tutte l' altre quasi innumerabili cose, dalla coesistenza, e succession di tutte le quali vien composto tutto questo mondo, e tutto ne risulta, e risplende il di lui bellissimo ordine, mentre, dico, ciascun degli uomini evidentissimamente riconosce, e sostiene, esser egli un Ente, ed una certa sostanza, che esiste, e sussiste distinta separatamente da tutte le altre, e che perciò in tutto questo mondo, quanti

homines, quot muta animalia, quot arbores, quot plantæ, resque fuere, et sunt, tot sunt, et fuere Entia, seu substantiæ ab invicem penitus distintæ, ac inter se prorsus diversæ, et separatæ, ita ut unaquæque earum sit illa, et non alia substantia, atque ideo earum substantiarum numerus sit pene innumerabilis, dum quisque, inquam, se distinguit ab aliis, nec sinit se cum mutis animalibus confundi, insensatis rebus, aut aliis hominibus; nec id sane, aut usu didicimus, aut ab aliis aliquando accepimus, sed cum ipsa ausimus natura humana, rectæque rationis usu, qua fronte, qua audacia qua improbitate improbissimus ille Spinosa ausus est sperare, se hujusmodi ineptorum verborum strophis, ita alicui unquam illusurum, jocumque facturum, ut omnis abdicato rationis usu, sensuque repudiato commuuni, in eam iret vere sententiam, qua vere crederet se unum, et eumdem esse cum cæteris aliis hominibus, et quocumque mutorum animalium, ac rerum immotarum? Et se, ac omnes alias pene innumeras res hujus mundi, unum et idem Ens esse, et substantiam, nec in toto mundo, quantus quantus est, esse posse vel duo saltem Entia, seu substantias, sed tantum, et duntaxat unam, solam, et indivisibilem substantiam, unum, et solum indivisibile Ens?

Profecto si Julius Cæsar alius quidem fuit a Cneo Pompejo; si devictus Pompej exercitus alius fuit ab illo Cæsaris victoris; evidentissima hercle contradictio est, qua non evidentior altera, dicere, quod Cæsar, ejusque triunphans exercitus unus, et idem

uomini, quanti muti animali, quanti alberi, quante piante, e quante cose vi sono state, e sono, altretanti vi sono, e sono stati Enti, o sia sostanze ognuna dall' altra affatto distinta, e fra loro totalmente diverse, e separate in guisa tale, che ciascuna di loro sia quella, e non altra sostanza; e che perciò il numero di tali sostanze sia quasi innumerevole; mentre ciascun, io dico, distingue se stesso dagli altri, nè permette di venir egli confuso coi muti animali, colle insensate cose, o cogli altri uomini, né ciò l'abbiano certamente appreso dall' uso, o da altri una volta udito, ma bevuto l' abbiamo colla stessa natura umana, e coll' uso della retta ragione; con qual fronte, con quale audacia, con quale improbità, quell' improbissimo Spinosa ardì mai sperare di poter egli con tali giri di vane parole illudere ad alcuno, ed ingannarlo in guisa tale, che spogliatosi d' ogni uso di ragione, e repudiato il comun intendimento, entrasse veramente in quel parere, per cui veramente credesse egli essere una sessa cosa con tutti gli altri uomini, e con ognuno dei muti animali, e delle insensate cose? Ed egli insieme con tutte l' altre quasi innumerabili cose di questo mondo esser uno e l' istesso Ente, una, e la stessa sostanza, e in tutto quant'è il mondo non potervi esser almeno neppur due Enti soli, o sia due sole sostanze, ma semplicemente, e soltanto una sola ed indivisibile sostanza, un solo, ed indivisibile Ente?

In veritá se Giulio Cesare fu certamentete un altro da Gneo Pompeo; se il vinto esercito di Gneo Pompeo fu un altro da quello di Cesare vincitore: è per certo una evidentissima contradizione, di cui altra più evidente esser non ve ne può, il dire, che Cesare, ed il di lui trionfante esercito fu uno,

fuit cum Pompejo, ac debellato ejus exercitu. Hoc enim idem esset, ac dicere » Exercitus Cæsaris fuit, et non fuit victor » Exercitus Pompeji fuit, et non fuit profligatus » fuit nempe profligatus qua reapse ita tulit sors illa prælii; et non fuit proflgatus, sed victor, quia revera idem ipse Pompejanus exercitus fuit unus, et idem victor exercitus Cæsarianus » quod etiam idem est » Cæsar fuit, et non fuit Cæsar; fuit, et non fuit Ponpejus; fuit nempe Cæsar, quia revera ipse fuit Cæsar; non fuit vero Cæsar, quia ipse Pompejus fuit. Quæ apertior contradictio! Quæ naturalium idearum perturbatio esse, aut fingi unquam potest violentior ista? Quæ cum ita sint, quis unquam tam effrons Atheus erit, qui neget, improbissimum Spinosam hujusmodi futilibus suis verbis apertissimam vim rationi intulisse, sensuique communi?

Sed hæc Spinosæ absurdissima propositio non has solum contradictiones involvit: Ipse enim hic asserit non solum esse, nec fuisse duas substantias, sed nec possibiles esse. At ubinam loci in suo monstruoso systemate demonstravit impossibiles esse, et contradictionem in se duas substantias involvere? Et e contra quot argumentis, et evidentissimis demonstrationibus non probant Philosophi, Plures atiam mundos possibiles esse? Et sane quis sanæ mentis negare audebit hunc mundum aliter ac est, esse potuisse, aliumque rerum nexum, ac ordinem, alteriusque substantiæ mundum? Porro si ego mente concipio, quod hic mundus poterat non esse, et aliter esse; ubinam loci demonstravit Spinosa, quod id apertam contractionem involvat? Tot absurda sane sequuntur ex ejus monstruoso Systemate, seu tot, et tanta in eo con-

e lo stesso con *Pompeo*, ed il di lui debbellato esercito. Imperocché ciò sarebbe lo stesso, che dire: L' esercito di *Cesare* fù, e non fú vincitore — L'esercito di Pompeo fù, e non fú sbaragliato — fù, sbaragliato, cioè, perchè cosí realmente portò la sorte di quella battaglia, e non fù sbaragliato, ma vincitore, perchè realmente lo stesso medesimo esercito Pompejano fù uno, e lo stesso esercito *Cesa*riano. *C*iò, che ancora è lo stesso — Cesare fù, e non fù Cesare: fù, e non fù Pompeo: fù Cesare, cioé, perchè in realtá egli fu Cesare: non fu poi Cesare, perchè egli stesso fu Pompeo. Qual contradizione più manifesta? qual pertubazione delle naturali idee esservi, o fingersi mai si puo più violenta di questa? Così le quali cose essendo, qual Ateo vi sarà mai tanto sfrontato, che nieghi, aver il fellonissimo Spinosa con tali sue stravaganti parole apertissimamente violentato il commun senso, e la ragionevolezza?

Ma questa assurdissima proposizione di Spinosa non involve queste sole contradizioni. Dappoicché egli quí asserisce, che due sostanze non solamente non vi sono, e non vi furono mai, ma che neppure sono possibili. Ma egli in qual passo del suo mostruoso sistema dimostrò mai, che due sostanze in se stesse siano impossibili, ed involvano contradizione? Ed all' inversa, con quanti argomenti, e con quante evidentissime dimostrazioni non provano essi i filosofi, esser possibili anche più Mondi? Ed in vero, chi mai di sana mente ardirà negare, che questo mondo potè esser diversamente di quello che è, e darsi un altro nesso, ed ordine di cose, ed un mondo di un' altra sostanza? Difatti se io concepisco colla mente, che questo mondo potea non essere, ed esser diversamente; in qual luogo mai dimostrò Spinosa, che ciò una aperta contradizione involva? Tanti assurdi certamente seguono dal di lui mostruoso sistema, ossia tali, e tanti assurdi in esso contengonsi

que une substance ne peut pas en produire une autre (15) Mais si la substance existe en soi, qu' elle ne tienne existence que de sa propre nature qu' elle se conçove par elle meme, (16) et qu' elle soit eter-

---

tinentur absurda nefanda.

(15.) Verissimum utique est, quod una substantia finita aliam e nihilo producere non potest, quamvis in se sit ipsa possibilis, nullamque contradictionem involvat. Verum hic non est sermo de substantia aliqua finita, sed de infinita. Impius enim ille dixit infinitam esse a se assertam mundi substantiam. Atqui Ens infinitum est illud, (per Defin. 5; et Corol. 3 (quod limites non habet, atque omnes ideo perfectiones habet, nihilque illo majus esse, aut concipi unquam potest. Si ista ergo asserta substantia mumdi omnipotentia caret, quæ est ex perfectionibus una, aliquid illa majus esse, aut concipi saltem potest. Ens vero Omnipotens est illud, quod e nihilo res possibiles omnes perducere potest ad existentiam; et ut modo demonstravimus, plures substantiæ ab illa mundi diversæ sunt possibiles. Ista ergo a Spinosa asserta substantia mundi, si, ut ipse hic asserit, aliam substantiam e nihilo producere nequit, nequit quidem ipsa esse, et dici infinita. Atqui eam Spinosa dicit infinitam. Ista ergo asserta substantia mundi est infinita, quia sic ipse dicit; et non est infinita, quia hic idem ipse asserit, quod non potest aliam substantiam producere. Est, et non est. Oh! quot, et quanta horrenda absurda, et contradictiones!

(16) Nos pluribus evidentissimis modo demonstravimus argumentis, et rationibus, quod ista ab isto perfido nebulone asserta substantia mundi nullam prorsus habet, nec habere unquam potest ex his perfe-

una sostanza non può produrne un' altra (15). Ma se la sostanza esiste in se, che essa non ha l'esistenza, che di sua propria natura, che essa si conosce per essa medesima (16). che essa è eterna, semplice, in-

---

abominevoli assurdi.

(15) Verissimo certamente si è, che una sostanza finita non può produrne un' altra dal nulla, quantunque essa sia in se stessa possibile, e non involva contradictione alcuna. Ma quí non si parla di una qualche sostanza finita, ma di una Infinita. Imperocchè quell' empio disse, che l' asserta sostanza del mondo è infinita. Ma l' Ente Infinito é quello, che per la Def.5 e Corol.3.non ha limiti, ed ha anzi tutte le perfezioni, né di lui cosa maggiore esservi, o concepirsi può. Se dunque questa asserta sostanza del mondo è priva dell'Onnipotenza, che è una delle perfezioni, esservi o almen concepir si può una qnalche cosa maggior di essa. L' Ente Onnipotente poi é quello, che dal nulla portar può all' esistenza tutte le cose possibili; e come testè dimostrato abbiamo, possibili sono molte sostanze da quella del mondo diverse. Cotesta adunque sostanza del mondo da Spinosa asserita, se come egli stesso qui asserisce, un' altra produrne non puó dal nulla, essa certamente nè essere, nè dir si può infinita. Ma Spinosa la dice infinita. Cotesta adunque asserta sostanza del mondo è infinita, perchè egli così dice; e non é infinita, perchè quí egli medesimo dice, che un' altra sostanza produr essa non può. È, e non è. Oh! quali e quanti abominevoli assurdi, e contradizioni!

di nihil aliud est, quam corporalis extensio, ejusdem scilicet, corporis hujus mundi; prius ergo saltem prioritate naturæ concipi debet corpus extensum hujus mundi, et postea ejusdem corporis corporalis Extensio, quemadmodum nos supra pluribus demonstravimus, et cuncti docent Philosophi, Theologi, et ipsa evidentia rerum, et ut ipsa clare demonstrant verba Spinosæ; dicendo enim » Extensio Corporalis » clare indicat, quod asserta extensio sit quædam affectio corporis hujus mundi; et quod ideo prius concipi debeat corpus hujus mundi, quam ejus corporalis exstensio. Atqui corpus hujus mundi componitur ab astris, plantis, animalibus ect. Prius ergo esse, et concipi debent hæc corpora, deinde mundi totum corpus, ac postea demum totius mundi corporalis extensio, seu a Spinosa male ficta substantia; sed Spinosa nunc dicens » Ita se modificando, substantia mundi efformavit astra, plantas, etc. Suppouit prius, prioritate quidem non solum naturæ, sed etiam temporis, suppponit, inquam, prius extitisse extensionem corporalem hujus mundi, seu omnium harum rerum hunc mundum componentium, et postea res ipsas, earumque corpora. Hujusmodi ergo corpora, et ipse mundus concipiendi sunt prius, et non; prius quidem, quia contradictionem involvit apertam, concipere prius extensionem corporalem corporis cujuscumque, quam ipsum corpus Extensum; et non prius, quia Spinosa malefinxit prius concipiendam assertam eorumdem corporum Extensionem. En quot absurda, et ineptissimæ contradictiones.

Deinde hoc loci ipse asserit, quod eadem ipsa sua substantia prout est substantia, modificando

sto mondo altro non é, che l' estenzione corporale, l' estenzione, cioè, del medesimo corpo di questo mondo. Prima dunque per anteriorità almen di natura concepir si deve l' esteso corpo di questo mondo, e dopo poi del medesimo mondo la corporale estenzione, come noi con piú ragioni sopra dimostrammo, e come tutti i filosofi insegnano, ed i Teologi, e l' istessa evidenza delle cose, e come pure chiaramente lo dimostrano le stesse parole di Spinosa. Imperocché dicendo » estenzione corporale » chiaramente dimostra, che l' asserta Estenzione sia una certa affezion del corpo di questo mondo; e che perciò il corpo di questo mondo concepirsi debba prima della sua corporale estenzione. Ma il corpo di questo mondo vien esso composto dagli Astri, dalle Piante; dagli Animali ecc. Prima dunque essere, e concepir si devono questi corpi, di poi tutto il corpo del mondo, e dopo finalmente la corporale estenzione di tutto esso mondo, ossia la da Spinosa mal ideata sostanza. Ma Spinosa dicendo quì » Cosí modificandosi la sostanza del mondo ha formato gli Astri, le Piante ec. » Suppone, che prima per anteriorità non solo di natura, ma anche di tempo, suppone, dico, che prima sia esistita la corporale estenzione di questo mondo, o sia di tutte queste cose componenti questo mondo, e poi le cose istesse, e i loro corpi. Questi corpi adunque, ed il medesimo mondo concepir si devono prima, e non si devono. Si devono certamente prima, perchè aperta contradizione involve concepir l' estenzione corporale di qualunque corpo prima del medesimo corpo esteso; e non si devono prima, perchè Spinosa scioccamente architettò, che prima di loro concepir si dee de' medesimi corpi l' asserta estenzione. Ecco quanti assurdi, e stravaganti contradizioni.

Dippoi in questo luogo egli asserisce, che la stessa medesima sua sostanza, come sostanza, modifican-

seipsam, formavit astra, plantas, etc. Ista ergo substantia successive modificat semetipsam, et se modificando formavit, format, et formabit cunctas res. Oh! quot, et quantæ in his verbis contradictiones involvuntur, et absurda! Et quidem. I. Si ista substantia prout est substantia modificat semetipsam; lucidissime sequitur, quod prout est substantia potentiam habet se modificandi. Atqui supra (Nota 19) dixerat, quod substantia, prout est substantia, non habet nec potentiam, nec perfectionem ullam. Ejus substantia ergo, prout est substantia habet, et non habet potentiam. En contradictio in terminis ipsis ipsius Systematis. Item dicit II. Quod formavit Astra, Plantas etc. Atqui ab esse ad posse valet consequentia. Si ergo substantia prout est substantia formavit astra etc., potentiam hercle habuit formandi ea. Ergo habuit, et non habuit potentiam. III. Peto a Spinosa; Cum ista Substantia unumquodque astrorum formavit, aliarumque rerum, creavitne illud e nihilo, aut ex se ipsa, seu ex sua propria materia, aut ex alia diversa substantia? Si dixerit primum; statim plura inferemus absurda. Et primum: Cunctæ ergo res e nihilo creatæ sunt, et ideo Omnipotenti Creatore indiguerunt, ut existerent, atque nostrum procedit argumentum ab initio positum de contingentia rerum, et de necessaria existentia Dei Creatoris, Omnipotentis, a se, Æterni, Sapientissimi, Simplicissimi, Indipendentis, Infiniti, et Necessarii, atque ab hoc mundo diversi. Sic totum ruit Spinosæ systema. Inferemus secundum. Ergo una substantia aliam producere potest. Atqui Spinosa (Nota 15) dixit, quod as-

do se stessa ha formato gli astri, le piante ec. Questa sostanza adunque modifica se stessa successivamente, e modificandosi ha formato, forma, e formerá tutte le cose.

Oh! quanti, e quali assurdi, e contradizioni avvolti sono in queste parole! E 1. in verità; se questa sostanza come sostanza modifica se stessa, chiarissimamente ne segue, che come sostanza ha essa la potenza di modificarsi. Ma sopra (Nota 19.) avea egli detto, che la sostanza come sostanza non ha nè potenza, né perfezione alcuna. La di lui sostanza adunque come sostanza, ha, e non ha potenza. Ecco la contradizione ne' termini stessi dello stesso suo sistema. Inoltre dice per secondo, che formò gli astri, le piante ec. Ma dall' essere al potere va ben tirata la conseguenza. Se dunque la sostanza, come sostanza formò gli astri, le piante ec. la potenza certamente ne ebbe di formarle. Dunque ebbe, e non ebbe la potenza. 3. Dimando da Spinosa. Quando cotesta sostanza formò ciascun degli astri, e delle altre cose; le creò essa forse dal nulla, o da se medesima, ossia dalla sua propria materia, o da quella di un' altra diversa sostanza? Se avrà detto il primo, tosto ne tireremo noi piú assurdi. E primieramente. Tutte le cose adunque son create dal nulla; e perciò per esistere ebbero bisogno d' un Creatore Onnipotente, e procede quel nostro argomento allegato da principio sulla contingenza delle cose, e la necessaria esistenza di un Dio Creatore, Onnipotente, da se, Eterno, Sapientissimo, Semplicissimo, Indipendente, Infinito, e Necessario, e diverso da questo mondo. Cosí cade tutto il sistema di Spinosa. Ne tireremo per secondo. Questa sostanza adunque può produrne un' altra. Ma Spinosa (Nota 15.) disse, che l' as-

serta unica substantia aliam producere non potest; Ergo in terminis aperta contradictio. Inferemus tertium. Si cunctæ res e nihilo creatæ sunt; quot in mundo sunt res, tot sunt diversæ substsantiæ. Atqui idem ipse (Nota 14.) dixit, dari non posse ne quidem duas substantias. Ergo dantur, et non dantur. En in terminis absurdum. Inferemus quartum, quod cum (Nota 21.) ipse dixerit, hujusmodi substantiam susceptibilem esse infinitarum modificationum, infinitæ res creari possunt. Atqui ab initio demonstravimus, impossibilem esse seriem rerum numero infinitarum. Ergo possunt, et non possunt creari. Quis porro inficias ibit, quod Spinosa multo plura absurda dederit, quam verba? Si vero Spinosa propugnaculo jam expulsus a primo, dixerit, quod substantia formavit astra, plantas etc. non e nihilo, sed ex ipsa sua substantia, quot ergo in toto mundo sunt astra, plantæ, animalia, etc. tot sunt partes substantiam mundi componentes, ac tot in partes ipsa divisa est. Atqui idem ipse ipsissimus Spinosa (notis 11, et 12.) dixit, quod substantia mundi est simplex, et omnis compositionis expers, et quod in partes nequit esse divisa. Ergo habet, et non habet partes; est, et non est simplex; potest, et non potest in partes dividi; en quot in ipsissimis terminis absurda, et contradictiones. Substantia ergo mundi prout est substantia, et in se, et sua natura non potest ita seipsam modificare, ut formet astra, plantas, animalia etc. Si ergo asserta substantia nec e nihilo creare, nec ex sua ipsa substantia formare potest astra, plantas etc. illud tantum superest Spinosæ, ut dicat, quod asserta substantia hujus mundi sit

serta unica sostanza non può produrne un' altra. Pel medesimo Spinosa dunque puo, e non può produrne un' altra. Ecco un' aperta contradizione nei termini. Ne tireremo per terzo. Se tutte le cose son create dal nulla, quante cose vi sono nel mondo; tante diverse sostanze vi sono. Ma lo stesso medesimo Spinosa (Nota 14.) disse, dar non potersi neppure due sostanze. Dunque si donano, e non si donano. Ecco ne' termini l' assurdo. Ne tireremo per quarto, che, avendo egli detto (Nota 21.) tale sostanza esser suscettibile d'infinite modificazioni, possono infinite cose esser create. Ma da principio noi dimostrammo esser impossibile una serie di cose di numero infinite. Dunque possono, e non possono esser create. Chi in vero negherà, che Spinosa volendo imposturare, v' impiegò molto più assurdi, che parole?

Se poi Spinosa cacciato giá da questo primo riparo, dirà, che la sostanza formó gli astri, le piante ec. non già dal nulla, ma dalla sua stessa sostanza. Quanti adunque vi sono in tutto il mondo astri, piante, animali ec, tante parti vi sono, che compongono la sostanza del mondo, ed in tante parti essa è divisa. Ma lo stesso stessissimo Spinosa (Nota 11. e 12.) disse, che la sostanza del mondo é semplice, ed esente d' ogni composizione, e che non puó esser divisa in parti. Dunque ha, e non ha parti; è, e non è semplice; può, e non può esser divisa in parti. Ecco quanti assurdi, e contradizioni negli stessi stessissimi termini. La sostanza del mondo adunque come sostanza, ed in se, e di sua natura modificar non può se stessa in guisa, che formi gli astri, le piante, gli animali ec.

Se dunque l' asserta sostanza nè dal nulla, nè dalla sua propria sostanza formar può gli astri, le piante ec., resta a Spinosa solamente di dire, che l' asserta sostanza di questo mondo sia realmente

modifiée en étendue (26) elle produit les

---

ulique simplex, necessaria, omnipotens, indivisibilis, infinita, et æterna, et quod tot varias, et diversas res existentes formaverit ex alia substantia a se penitus diversa. Ergo in hac hypothesi dantur duæ substantiæ. Atqui idem ipse ipsissimus Spinosa (nota 14.) dixit, duas substantias dari non posse. En ergo in terminis ejusdem Spinosiani systematis absurdum, et contradictio. Asserta ergo substantia res in mundo existentes formare, seipsam modificando, non potuit, nec ex sua ipsa substantia, neque ex alia diversa, neque e nihilo. Sed astra, plantæ, et cæteræ res in hoc mundo existentes per ejusdem confessionem Spinosæ, revera existunt. Creata reapse fuerint ergo, oportet, ab alia substantia simplici, infinita, sapientissima, omnipotenti, a se, æterna, ac necessaria, et ab hoc mundo penitus diversa. Oportet, scilicet, ut existat Deus Creator Omnipotens ab hoc mundo, ejusque substantia omnino diversus, quod volumus. En quomodo ex ipsis verbis Spinosæ necessario colligitur, ac evidentissime demonstratur admittendam esse existentiam vere Dei ab hoc mundo, ejusque substantia penitus diversi.

(26) Proh! Deus immortalis! Quid isthoc est! Substantia hujus mundi modificata in extensione! Quid est hoc, o stultissime Spinosa? Atqui per te (nota 3.) substantia non est, nisi corporalis extensio. Dicere ergo — Substantia modificata in extensione — idem est ac dicere: estensio modificata in extensione — Extensio modificata, et non modificata — Substantia modificata in substantia — Substantia modificata, et non modificata — Eadem ipsa corporalis extensio est

modificata in estensione (26) essa produce, i cor•

---

semplice, necessaria, onnipotente, indivisibile, infinita, ed eterna, e che le varie, e differenti cose esistenti l'abbia formate da un'altra sostanza da se totalmente diversa. In questa ipotesi adunque si donano due sostanze. Ma lo stesso stessissimo medesimo Spinosa disse (Nota 14), che dar non si possono due sostanze. Ecco adunque ne' termini dello stesso Spinosiano sistema l'assurdo, e la contradizione. Le cose dunque in questo mondo esistenti l'asserta sostanza, modificando se stessa, formar non le potè nè dalla sua propria sostanza, nè d'un'altra diversa, nè tampoco dal nulla. Ma gli astri, le piante, gli animali, e tutte le altre cose in questo mondo esistenti, per confessione dello stesso Spinosa realmente esistono. È necessario adunque, che siano state realmente create da un'altra sostanza semplice, infinita, sapientissima, onnipossente, da se, eterna, necessaria, ed affatto diversa da questo mondo; che tanto é a dire — È necessario, che esista Iddio Creatore Onnipotente, da questo mondo, e dalla di lui sostanza totalmente diverso. Ch'é quanto noi volevamo. Ecco come dalle stesse parole di Spinosa si deduce, ed evidentissimamente si dimostra, doversi per necessità ammettere l'esistenza del vero Dio, da questo mondo, e dalla di lui sostanza totalmente diverso.

(26) Ah! O Dio immortale! Cosa è mai questa! La sostanza di questo mondo modificata in estensione! Cosa é mai questa, o stravagantissimo Spinosa? Ma per te (Nota 3.) la sostanza non è, che la corporale estensione. Il dire adunque — La sostanza modificata in estensione — è lo stesso, che dire — L'estensione modificata in estensione — L'estensione modificata, e non modificata — La sostanza modificata in sostanza — La sostanza modificata, e non modificata — La stessa medesima corporale estensione è

Corps (27), et tout ce qui occupe un espace,

---

substantia, et est modificatio. Quod idem est ac dicere — Eadem ipsa corporalis extensio est substantia, et non est substantia. Est substantia mundi, quia ita dixit Spinosa; et non est sobstantia mundi, quia idem ipse Spinosa dixit, quod est modificatio ejusdem substantiæ mundi. Item est modificatio, quia hoc loci ita dicit Spinosa; et non est modificatio, quia idem ipse Spinosa jam ante dixerat, quod extensio corporalis est substantia mundi. Atqui si est substantia nequit esse modificatio. Quousque, o ineptissime Spinosa, vocibus, et sermone abuti ausus es? Qua temeritate, qua impudenti audacia sperasti, te hujusmodi futilissimis futilissimorum verborum strophis fucum hominibus factarum? Et tamen .... Oh! tempora! Oh! mores! Oh! Jacobinorum stupiditas stupidissima, et inaudita ignorantia, quæ tot, et tanta, hiante ore, glutit absurda, et contradictiones!

(27) Videtur profecto, quod Spinosa, cum ea dementia captus esset, (quemadmodum testantur eruditi multo superius loco citato,) ut quamvis jacturam pati, et vel turpissimam oppetere mortem mallet, quo sibi nomen faceret immortale, id alia ratione se assequi posse diffisus, quam per summam stultitiam, et stultissimam impietatem, tot, et tanta in suo monstruoso systemate congessit impia absurda, et contradictiones, quot, et quanta nemo alius post memoriam hominum. En alia in terminis ejusdem systematis apertissima contradictio. Dixerat ille de hoc loquens mundo, quod in eo dari non possunt duæ substantiæ, (supra nota 15) et quod una aliam producere

pi (27) e tutto ció che occupa spazio, e modifi-

---

sostanza, ed é modificazione — Ch' è lo stesso che dire — La stessa medesima corporale estensione è sostanza, e non è sostanza; è sostanza del mondo, perché cosí disse Spinosa, e non é sostanza del mondo, perchè lo stesso medesimo Spinosa disse, di essere modificazione della medesima sostanza del mondo. Dippiù è modificazione, perchè in questo passo cosí dice Spinosa; e non è modificazione, perchè lo stesso medesimo Spinosa giá prima avea detto, che l' estenzion corporale è la sostanza di questo mondo. Ma se essa è la sostanza, esser non può modificazione. Sino a quando, o stravagantissimo Spinosa abusarti ardisti delle parole, e del parlare? Con qual temerità, con quale invereconda audacia sperasti di poter ingannare gli uomini con tali vanissimi giri di vanissime parole? E purnondimeno.. .. Oh! tempi! Oh! costumi! Oh! stupidissima stupiditá, e non mai intesa ignoranza dei Giacobini, che a bocca aperta hanno inghiottito tali, e tante contradizioni, ed assurdi!

(27) Sembra in verità, che Spinosa essendo preso da quella manìa, che (come assicurano gli eruditi nel luogo molto sopra citato,) desiderava soffrire qualunque perdita, e subire una morte anche vergognosissima, soltanto che si avesse fatto un nome immortale, diffidato avendo di poter ciò conseguire in altra guisa, che per mezzo di una somma stravaganza, e e di una stravagantissima empietá, ammucchiò nel suo mostruoso sistema tante, e tali empie stravaganze, e contradizioni, quante, e quali nessun altro da che v' è memoria di uomini. Ecco ne' termini del suo medesimo sistema un' altra manifestissima contradizione. Avea egli detto già (sopra nota 15) parlando di questo mondo, che in esso darsi non poteano due sostanze, e che una produrne non può un

nequit » De la il suit, ajebat, qui il ne peut pas y avoir deux substances, et qu' une substance, ne peut pas en produire une autre » Sed hoc loci idem ipse asserit, quod substantia prout est substantia, seipsam modificando, producit corpora, et omne id quod spatium occupat. Producere ergo potest, et non potest, Producit, et non producit. Nonne recte dicimus, dementem Spinosam consulto, et data opera tot, tantasque contradictiones aggeresse, ut famosum nomen sibi faceret stultitia, et impietate? Postremo, petere licet a Spinosa, quo modo, qua ratione fieri, aut concipi unquam potest, quod aliqua substantia simplex, et omnis compositionis expers, semetipsam modificando, et absque nova creatione, ullaque potentia corpora formet, et entia composita. Apertam quoque contradictionem involvit, quod substantia hujus mundi sit simplex, ut idem ait Spinosa, et se modificando corpora formet, et entia composita.

Preterea hujusmodi varia corpora, et unumquodque eorum corporum, quæ in hoc mundo seipsam modificando producit ista substantia, suntne eadem ipsa substantia, aut aliquid ab ea diversum. Si dixerit, quod sint eadem ipsa substantia; sua sponte sequitur, unumquoque hujusmodi corporum, est eadem ipsa substantia, et eadem ipsa substantia est corpus. Atqui omne corpus habet partes, et in partes dividi potest, et esse nequit ens Simplex. Atqui Spinosa dixerat, quod ista substantia est ens Simplex, et quod partes non habet. Est ergo, et non est, habet, et

altra » Quindi ne siegue, egli dicea, che punto esservi non possono due sostanze, e che una sostanza non può mai produrne un' altra. Ma egli medesimo in questo passo asserisce, che la sostanza, come sostanza modificando se stessa, produce i corpi, e tutto ciò, che occupa spazio. Dunque può, e non puó produrre, produce, e non produce. Non diciamo forse bene, che il maniaco Spinosa, ammucchiò tante, e tali contradizioni a disegno, e a bella posta per farsi un nome famoso per istravaganza ed empietà? Finalmente ci è lecito chiedere da Spinosa, come, ed in qual maniera farsi può mai, o concepirsi, che una sostanza semplice, ed esente d' ogni composizione, modificando se stessa, e senza una nuova creazione, e senza potenza alcuna, forma i corpi, e tutte le cose composte, che occupano spazio? Se dunque un' aperta contradizione involve, che una sostanza semplice, modificandosi, e senza una nuova creazione, ed alcuna potenza formi i corpi, e l'enti composti; aperta contradizione involve ancora, che la sostanza di questo mondo sia semplice, come dice lo stesso Spinosa, e che modificandosi formi i corpi, e l' enti composti.

Inoltre tali diversi corpi, ed ognun di essi corpi, che cotesta sostanza modificando se stessa produce in questo mondo, sono essi forse la stessa medesima sostanza, o una cosa da lei diversa? Se ci avrá detto, che sono la stessa medesima sostanza; da se stesso ne siegue, che ognuno di tali corpi è la stessa medesima sostanza, e che la stessa medesima sostanza è corpo. Ma ogni corpo ha parti, e può in parti esser diviso, ed ente semplice esser non può. Cotesta sostanza adunque ha parti, puó in parti esser divisa, e l ente semplice esser non può mai Ma Spinosa detto avea, che cotesta sostanza é ente semplice, e non ha parti, Dunque è, e non é; ha, e

et modifièe en pensèe, (28) cette modification

---

non habet; potest, et non potest dividi. Quid his contradictionibus evidentius? Quid his absurdis absurdius esse, aut fingi unquam potuit? Si autem dixerit, quod unumquodque hujusmodi corporum est aliquid ab ipsa substantia diversum; liquido inde fluet, quod quot corpora sunt in mundo, tot sunt diversæ substantiæ. Atqui Spinosa supra dixerat, dari non posse nequidem duæ solæ substantiæ. In hoc mundo ergo dantur, et non dantur duæ substantiæ. Quot contradictiones! Quot absurda!

(28) En alter absurdissimus vanorum, pugnantiumque verborum abusus » Substantia mundi modificata in cogitationem » Ista substantia per Spinosam nihil aliud est, quam corporalis extensio. Extensio autem nihil aliud est, quam ea partium dispositio, qua cunctæ ita una extra aliam, et juxta se invicem positæ sunt, ut corpus efficiant unum. Extensio ergo nullam aliam subire modificationem potest, nisi tantum illam, quæ ex varia partium dispositione exurgere potest, et oriri. Atqui ex varia partium dispositione, seu combinatione nulla alia modificatio exurgere potest, et oriri, nisi tantum illa figuræ. Sed figura corporis non est cogitatio. Cogitare enim nihil aliud est quam sui sibi, rerumque extra, et circa se positarum conscium esse. Quamvis ergo daremus, quod unumquodque corpus ex varia suarum partium actione, et dispositione assequi posset aliquam sui ipsius conscientiam, (quod quidem absurdissimum est; corporis enim figura esse nequit cogitatio, et ne quidem simplex perceptio) non inde tamen sequeretur, quod

cata in pensiero (28). Questa modificazione

non ha parti; può, e non puó esser divisa. Qual cosa più evidente di queste contradizioni? Qual cosa esservi, o fingersi potè mai più stravagante di queste stravaganze? Se poi avrà detto, che ogni tal corpo é una cosa diversa della stessa sostanza; chiaramente ne verrà, che quanti corpi nel mondo vi sono, tante diverse sostanze vi sono. Ma Spinosa sopra avea detto, dar non potersi neppur due sostanze sole. In questo mondo adunque si donano, e non si donano due sostanze. Quante contradizioni! quante straravaganze!

(28) Ecco un' altro assurdissimo abuso di vane, e contradittorie parole » La sostanza di questo mondo modificata in pensiero » Questa sostanza per Spinosa niente altro si è, che l' estenzion corporale. L' estenzione poi niente altro è, che quella disposizion delle parti, per cui tutte sono cosí una fuor dell' altra, e scambielvomente l'una vicina all' altra situate, che facciano un corpo solo. L'estenzione adunque alcun' altra modificazione aver non può, eccetto che quella solamente, la quale può nascere, e provenire dalla varia disposizione delle parti. Ma dalla varia disposizione, ossia combinazione delle parti nascerne non può, nè provenirne alcun' altra, fuorchè quella solamente della figura. Ma la figura del corpo non é pensiero; giacché pensare altro non è, che esser conscio di se stesso, e delle cose fuor, ed intorno a se disposte. Sebben dunque noi concedessimo, che ogni corpo per la varia azione, e disposizione delle sue parti conseguir potesse la cognizione, o sia coscienza di se stesso, (lo che certamente é assurdissimo; Dappoichè la figura del corpo no può esser mai pensiero, e neppur semplice percezione,) tutta via non perció ne seguirebbe, che acquistar potesse la coscienza,

adipisci possit conscientiam aliarum rerum extra se positarum. Atqui id importat cogitare; tum enim aliquis homo dicitur cogitare, cum sui ipse sibi, et rerum, quæ circa eum sunt conscius saltem est. Corpora ergo nunquam modificari possunt in cogitationem. A fortiori ergo extensio corporalis, quæ sine corpore nihil omnino est; et id eo magis, quod ipsa extensio per Spinosam nequidem partes habet, quæ per suas varias actiones, reactiones,, et combinationes aliquam producere possent novam modificationem. Atqui per Spinosam substantia mundi nihil aliud est, quam corporalis extensio, simplex sine partibus, omnis compositionis expers. Substantia ergo mundi nunquam modificari ita potest, ut cogitationem producat, et nequidem cognitionem ullam, ideam, seu perceptionem rerum extra unumquodque corpus positarum, aut ullam aliam modificationem. Atqui per Spinosam potest. Ergo potest, et non potest. En in terminis aperta contradictio, et absurdum triviale.

(29) Jam pluries demonstravimus, quod substantia a Spinosa stultissime ficta, cum nihil aliud sit, quam mera, et nuda corporalis extensio a corporibus ipsis separata, revera aliud non est, quam mera, et nuda humanæ mentis operatio, et una ex illis abstractis ideis, quæ extra mentem illius, qui eas a corporibus abstrahit, et separatim considerat, nullo unquam possunt existere pacto, contradictionem involvunt, suntque verum, et impossibile nihilum, et quæ ut talis, nec potentiam habet, nec perfectionem, nec intelligentiam ullam, quemadmodum equidem, et ipse Spinosa (Nota 17, et 18) fatetur, et asseverat: atque ideo veri nominis nihilum sunt ejus fictæ operationes, ac veri nominis nihilum sunt ejus suppositæ modificationes, utpote quia veri nominis nihilum, nihil facere

è l'anima di tutte le intelligenze. (29)

---

o sia cognizione delle altre cose poste fuor di se: Ma tanto importa pensare: dappoichè allor si dice, che un uomo pensa, quando è conscio almen di se stesso, e delle cose, che gli sono attorno. Non mai dunque i corpi modificar si possono in pensiero. Molto meno adunque l'estenzione corporale, che senza il corpo é niente affatto, e ciò tanto piú, che la medesima estentione per Spinosa neppure ha parti, le quali per le loro varie azioni, reazioni e combinazioni produr potessero alcuna nuova modificazione. Ma per Spinosa la sostanza del mondo altro non è, che la corporale estentione, semplice, senza parti, ed esente d'ogni composizione. La sostanza adunque di questo mondo non può mai modificarsi cosí, che produca un penziero, e neppure cognizione, idea, o sia percezione alcuna delle cose poste fuor di ciascun corpo, o alcun'altra modificazione. Ma per Spinosa può. Dunque può, e non può. Ecco ne' termini un'aperta contradizione, ed un triviale assurdo.

(29) Abbiamo già più volte dimostrato, che la sostanza da Spinosa stravagantemente ideata, non essendo, che la mera, e nuda estensione corporale separata da' corpi medesimi, non è inverità, che una mera, e nuda operazione della mente umana, ed una di quelle idee astratte, che fuori della mente di chi dai corpi l'estrae, e separatamente la considera, esistere in modo alcun non possono, involvono contradizione, e sono un impossibile, e vero nulla; e che come tale non ha nè potenza, nè intelligenza, nè perfezione alcuna, come appunto lo stesso Spinosa (Nota 17. e 18.) confessa, ed assicura; e che perciò un vero nulla sono le da lui ideate operazioni, ed un vero nulla sono le da lui supposte modificazioni; mentre il vero nulla, nulla può fare, nul-

potest, nihil potest accipere, nihilque potest habere. Quamobrem ejus asserta modificatio in cogitationem, quam hìc Spinosa tribuere contendit eidem, est ipsa quidem veri nominis nihilum, et verum, vanissimumque dementis Spinosæ delirium. Atqui ille hoc loci dicit, ipsam esse omnium intelligentiarum animam. In ejus ergo systemate, omnium intelligentiarum anima est verum, et inanissimum nihilum. Atqui ille hoc loco tribuens eidem substantivum animæ nomen, ostendit, asseritque, eam aliquid esse in se revera subsistens. Eadem ipsa ergo modificatio est aliquid revera subsistens, et simul est verum, et inanissimum nihil. Quod idem est ac dicere: est, et non est aliquid reapse subsistens. Sed hæc est manifesta contradictio, et id quod contradictionem involvit est absolute impossibile. Hæc ergo modificatio est absolute impossibilis, et omnium intelligentiarum anima esse nequit, imo nequidem unius tantum intelligentiæ.

Præterea hìc dicens Spinosa — Cette modification est l'ame de toutes les intelligences — exprimit, exhibetque nobis tres separatas ideas, modificationem scilicet, animam, et intelligentias: et dicens, quod hæc modificatio est anima, nobis indicat, quod idea hujus modificationis cum illa animæ sunt unum, et idem; sed subjungens — De toutes les intelligences. Significat, quod assertæ intelligentiæ sint aliud subjectum, in quo asserta anima residet, agit, et operatur. Atque ideo intelligitur ipse in suo systemate requirere, et admittere, quod sint in hoc mundo hujusmodi intelligentiæ, veluti totidem subjecta reapse subsistentia, et inter se ipsa ita distincta, et ita separata, ut pluralem forment numerum, ac etiam distincta ab asserta modificatione, quæ, ut anima in eis residet, agit, et operatur. Tales ergo intelligentiæ in systemate Spinosæ nullo quidem pacto ad

la può ricevere, e nulla può avere. Quindi la di lei asserta modificazione in pensiero, che quí Spinosa attribuirgli pretende, é essa in verità un vero nulla, è un vero, e vanissimo delirio dello stravagante Spinosa. Ma egli quí dice, ch' essa é l' anima di tutte le intelligenze. Nel di lui sistema adunque l'anima di tutte le intelligenze è il vero, e vanissimo nulla. Ma egli, dandogli quì il nome sostantivo di anima, indica, ed asserisce di essere una cosa reale, che sussiste in se. Essa modificazione adunque è una cosa reale, ed è insieme un vero, e vanissimo nulla: che tanto è dire: è, non è una cosa reale. Ma questa é una manifesta contradizione, e ciò, che involve contradizione è assolutamente impossibile. Questa modificatione adunque, è assolutamente impossibile; ed esser non può l' anima di tutte le intelligenze, e neppur d' una sola intelligenza.

Dippiù quì Spinosa dicendo » Questa modificazione è l' anima di tutte le intelligenze » esprime, e ci presenta tre idee separate, la modificazione, cioè, l' anima, e le intelligenze; e dicendo, che questa modificazione è l'anima, ci indica, che l'idea di modificazione, e quella dell' anima sono un' istessa, e medesima cosa; ma soggiungendovi poi » Di tutte le intelligenze » Dimostra, che le asserte intelligenze sono un' altro soggetto, ove risiede, agisce, ed opera l' anima pretesa; e perció si scorge, che egli nel suo sistema vi ricerca, ed ammette, che in questo mondo vi siano tali intelligenze, come tanti soggetti realmente sussistenti, e fra loro medesimi cosí distinti, e così separati, che formano numero plurale, e distinti anche dall' asserta modificazione, che come anima risiede, agisce, ed opera in essi. Queste intelligenze adunque nel sistema di Spinosa non appar-

corporalem pertinent extensionem, seu ad substantiam hujus mundi. Spinosa enim in hac asserta substantia mundi alios respectus non admittit, quam illum substantiæ, ut substantiæ, et alterum ejus modificationum. Atqui huju modi intelligentiæ, neutro horum ad eam pertinent respectu. Ad eam ergo nullo pertinent respectu. Ad eam quidem non pertinent tamquam ejusdem modificatio; quoniam ipsa, ut talis, earum anima est, et ut anima residet, agit, et operatur in eis, tamquam in totidem subjectis a se animatis, et distinctis: atque ideo earum existentia a tali modificatione non fluit, sed inde solum defluit anima tantum. Ne quidem pertinent ad assertam extensionem, ut extensionem, seu ad assertam substantiam, ut substantiam. Jxta idem enim Spinosianum sistema (nota 17 et 18) asserta extensio, et substantia, ut substantia, non habet nec potentiam, nec perfectionem, ac nequidem intelligentiam ullam. Per systema ergo Spinosæ in substantia hujus mundi non insunt hujusmodi assertæ Intelligentiæ; et tamen per idem ipsum systema ipsæ existunt, et animatæ sunt, atque habitatæ ab asserta modificatione ejusdem assertæ substantiæ. Tales ergo Intelligentiæ existunt, et non sunt in hoc mundo; sunt, et non sunt in hoc mundo. Oh! stulta deliria delirantis, impii, et perfidissimi Hæbrei!

Ventilato jam pene toto absurdissimi, ed abominandi sistematis compendio impii, stultissimique Spinosæ, animadvertendum quidem est, quod hoc alioquin inanissimum systema constitutum est super quamdam basim, quæ absolute impossibilis est. Ex his enim, quæ hucusque notavimus, clare intelligitur, quod prorsus eam basim componunt quatuor ideæ tantum: prima, scilicet, idea illa assertæ extensionis corporalis, quæ, sicut Spinosa eam delineat, simplex, indivisibilis, sine partibus, et a quocumque corpore separata, sine potentia, sine intelligentia, et ulla per-

tengono affatto all' estensione corporale, o sia sostanza di questo mondo. Imperocchè Spinosa in questa asserta sostanza del mondo non vi ammette altri rapporti, che quello di sostanza come sostanza, e quello delle di lei modificazioni. Ma queste intelligenze non gli appartengono nè per l' uno, nè per l' altro rapporto. Dunque non gli appartengono affatto. Non gli appartengono certamente come modificazione della medesima, perchè essa come tale è loro anima, e come anima risiede, agisce, ed opera in esse, come in tanti soggetti da se medesima animati, e distinti; e perciò la loro esistenza non deriva da tale modificazione, ma vi deriva solamente l' anima. Non appartengono neppure all' asserta estensione, come estensione, o sia all' asserta sostanza come sostanza, perchè giusta il medesimo Spinosiano sistema (Nota 17. e 18) l' asserta estensione, e sostanza come sostanza non ha nè potenza, nè perfezione, e neppure intelligenza alcuna. Pel sistema di Spinosa adunque nella sostanza di questo mondo non vi sono queste asserte intelligenze, e frattanto pel medesimo sistema elleno esistono, e sono animate, ed abitate dall' asserta modificazione della medesima asserta mondana sostanza. Queste intelligenze adunque esistono, e non sono nel mondo; sono, e non sono in questo mondo. Oh! stravaganti delirj di maniaco, empio, e perfidissimo Ebreo!

Ventilato già essendo quasi tutto il ristretto dell' assurdissimo abominevole sistema dell' empio, stravagantissimo Spinosa, è da osservarsi in vero, che questo per altro vanissimo sistema è egli architettato su di una base, che è assolutamente impossibile. Dappoichè da quanto abbiam finora osservato, chiaramente si scorge, che costituiscono dell' intutto la cennata base quattro sole idee; prima, cioè, l' idea dell' asserta estension corporale, che, come Spinosa

fectione, est quædam profecto idea abstracta, et separata a sua existentia, et ut talis, non solum non existit, verum etiam in se, et sua natura est naturaliter impossibilis, quemadmodum cunctæ ideæ abstractæ: 2. Est idea illa modificationis, quæ itidem separatim considerata a quocumque ente reapse subsistente, quod sit subjectum ab eadem modificatum, sicut est alia idea abstracta, et a rebus existentibus, et possibilibus separata; ita propter eandem rationem non solum non existit; sed in se, et sua natura est etiam naturaliter impossibilis. Tertia est idea cogitationis, quæ itidem separatim considerata, ut Spinosæ male placuit, a quocumque ente cogitante, ut talis, est etiam altera idea abstracta, et cujusdam fictæ rei, quæ sic considerata non existit, in se suaque natura, absolute etiam impossibilis est. Quarta demum est intelligentia, quæ quidem considerata, quemadmodum eam considerat Spinosa, a quocumque ente intelligente separata, est etiam alia abstracta idea, et cujusdam immaginariæ rei, quæ ita considerata in se, suaque natura est itidem absolute impossibilis. Atqui his qatuor ideis, et vocibus a Spinosæ systemate subtractis, ruit, ac prorsus evanescit illud substantiæ nomen ab eo immaginariæ, et abstractæ false tributum extensioni; et sine ullo subjecto, ac fulcimento remanentes cadunt simul, ruuntque cæteræ omnes ideæ, voces, ac ratiocinia vana, quæ in isthoc suo immaginario impendit ille systemate. Quæ cum ita evidentissime sint, quis unquam erit tam mente captus, et inverecundus, ut non agnoscat, aut inficietur totum impii, et stultissimi Spinosæ systema edi-

la vuole, semplice, indivisibile, senza parti, e separatamente da qualunque corpo, senza potenza, senza intelligenza, e perfezione alcuna, è essa certamente un'idea astratta, e separata dalla sua esistenza, e come tale non solamente non esiste, ma in se, e di sua natura è anche naturalmente impossibile, come tutte le idee astratte. 2. È l'idea di modificazione, la quale pure considerata separatamente da un ente reale, che sia il soggetto modificato, siccome è un' altra idea astratta, e separata dalle cose esistenti, e possibili; cosí per la stessa ragione essa non solamente non esiste, ma in se, e di sua natura è pure naturalmente impossibile. La terza è l'idea di pensiero, che considerata, come la vuole Spinosa, separatamente da un ente pensante, come tale, è pure un' altra idea astratta, e di una finta cosa, che considerata, così in se, e di sua natura è anche assolutamente impossibile. La quarta finalmente è l'intelligenza, che considerata in vero come la considera Spinosa separata da qualunque essere intelligente, è ancora un' altra idea astratta, e di una ideata cosa, che cosí considerata, in se, e dí sua natura è ancora assolutamente impossibile. Ma sottratte dal sistema di Spinosa queste quattro idee, e parole, cade, e svanisce affatto il nome di sostanza da lui falsamente dato all' astratta, ed immaginaria estensione, e restando senza soggetto, e senza alcun appoggio, cadono insieme, e precipitano tutte le altre idee, parole, e vani raziocinj, che nel fantastico edifizio del suo sistema egli v'impiega. Così essendo evidentissimamente le cose, chi mai sarà tanto scimunito, ed inverecondo, che non conosca, o nieghi, il sistema tutto dell' empio, e stravagantissimo

ficatum tantum, et dumtaxat esse super ipsam im-
possibilissimam impossibilitatem, et absurdum? At-
qui si impossibiles impossibilissimæ, et falsæ, falsissimæ,
ut jam demonstravimus, sunt immaginariæ hypotheses,
quibus impius ille Spinosa oppugnare contendebat
existentiam, et necessitatem Dei Cratoris, ab hoc
Mundo diversi; necessario dicendum est, quod
reapse existit Deus Creator, Omnipotens, Necessa-
rius, Æternus, et Sapientissimus, et penitus ab hoc
mundo, ejusque substantia diversus.

Præterea sæpe notavimus, Spinosam in suo sy-
stemate dixisse, quod substantia neque potentiam
habet, neque intelligentiam, neque perfectionem ul-
lam, et expresse quoque, ac signanter dixisse, quod
asserta substantia mundi aliam substantiam produce-
re nequit. Ex quibus clarissime evincitur, quod a
Spinosa asserta substantia mundi, nec intelligentiam
habet, nec potentiam producendi hujusmodi modifi-
cationem, et seipsam ita modificandi, ut assertas intel-
ligentias animet, et informet, multoque minus pro-
ducendi intelligentias omnes, earumque animam, et
intelligentes, animatasque personas omnes. Atqui i-
dem ipse Spinosa hoc loci expresse fatetur, testatur-
que, in hoc mundo existere hujusmodi animam, et
ab ea animatas intelligentias. Oportet ergo, ac om-
nino necessarium est, necessarioque fatendum, quod
existit aliud ens ab hoc mundo, ejusque substantia
penitus diversum, a quo creatæ equidem sint, hu-
jusmodi saltem modificatio asserta, hujusmodi asser-
tæ intelligentiæ, earumque asserta anima. Atqui ad
creationem cujuscumque, vel tenuissimæ rei necessa-
rio requiritur, ut luce clarius ipsa ab initio demon-

Spinosa esser fabbricato solamente su la stessa impossibilissima impossibilità, ed assurdo? Ma se sono impossibili, impossibilissime, e false, falsissime, come già dimostrato abbiamo, le immaginarie ipotesi, con cui l' empio Spinosa abbatter pretendea l' esistenza, e la necessità di un Dio Creatore diverso da questo mondo; deve necessariamente dirsi, che esiste realmente Iddio Creatore, Onnipotente, Necessario, Eterno, e Sapientissimo, e totalmente diverso di questo mondo, e della di lui sostanza.

Innoltre spesso notato abbiamo, che Spinosa nel suo sistema disse, che la sostanza di questo mondo, come sostanza non ha nè potenza, né intelligenza, né perfezione alcuna, e che espressamente ancora, e segnatamente disse, che l' asserta sostanza del mondo un' altra produrne non puó. Dalle quali cose chiarissimamente si conchiude, che la sostanza del mondo da Spinosa asserita non ha intelligenza, né potenza di produrre tale modificazione, o sia di modificar se stessa in guisa di animare, ed informare le asserte intelligenze, molto meno di produrre le intelligenze tutte, e la loro anima, e tutte le intelligenti, ed animate persone. Ma lo stesso medesimo Spinosa in questo luogo espressamente confessa, ed attesta, che in questo mondo tal anima esiste, e le da lei animate intelligenze. Fa di mestieri adunque, ed è onninamente necessario, e necessariamente confessar si deve, che esiste un altro Essere da questo mondo, e dalla di lui sostanza totalmente diverso, dal quale siano state certamente create tale assertè modificazioni, tali asserte intelligenze, e l' asserta loro anima. Ma per la creazione di qualunque eziandio menomissima cosa vi si ricerca necessariamente, come più chiaro della stessa luce da principio dimostrammo,

L' Univers n' est donc autre chose, que la substance, ou Dieu (30) avec toutes ses attributs, c' est

---

stravimus, necessario requiritur, inquam, existentia, et operatio Entis Omnipotentis, Infiniti, Necessarii, Perfectissimi, Æterni, Simplicissimi, et Sapientissimi. Ex ipsius ergo evidentissima confessione Spinosæ, et clarissimo testimonio, luculentissime evincitur, quod admittenda necessario est existentia, et operatio Dei Creatoris, Omnipotentis, Infiniti, Perfectissimi, Necessarii, Æterni, Simplicissimi, et Sapientissimi, ejusque substantia penitus, et ab hoc mundo, tus diversi. In tanta evidentia rerum quid Spinosiani, et Jacobini?

(30) Oh! quot, et quantæ contradictiones! Per Spinosam hujusmodi substantia non est modificatio. Et revera si dixisset, quod hujus mundi substantia esset modificatio, alia esset in terminis ipsis explicita, et manifesta contradictio. Esset enim substantia, quia ita dicit, et non esset substantia, quia esset modificatio. Atqui paulo ante dixerat, quod hujusmodi modificatio est anima omnium intelligentiarum. Substantia ergo hujus mundi, non est anima omnium intelligentiarum. Atqui omnis anima est quid in se subsistens; et id quod in se subsistit, per eumdem Spinosam est substantia. Hujusmodi ergo asserta anima est, substantia, et tamen unum, et idem non est cum asserta substantia hujus mundi, sed est alia ab ea. Totum ergo Universum non est unica substantia, aut Deus, sed duabus saltem constat substantiis, corporali, scilicet, extensione (quam Spinosa falso substantiam vocat mundi), et anima omnium intelligentiarum. Atqui hic dicit, totum Uni-

L' universo adunque altra cosa non è, che la sostanza, o Dio (30) con tutti i suoi attributi, cioè a dire, con

---

vi si ricerca necessariamente, ripeto, l' esistenza, e l' operazione di un Ente Onnipossente, Infinito, Necessario, Perfettissimo, Eterno, Semplicissimo, e Sapientissimo. In forza adunque dell' evidentissima confessione dello stesso Spinosa, e della di lui chiarissima testimonianza resta chiarissimamente provata, ed ammetter necessariamente si deve l' esistenza, e l' operazione di un Dio Creatore, Onnipotente, Infinito, Perfettissimo, Necessario, Eterno, Semplicissimo, e Sapientissimo, e da questo mondo, e dalla di lui sostanza totalmente diverso. In tanta evidenza di cose, cosa diranno mai i Spinosisti, ed i Giacobini?

(30) Oh! quante, e quali contradizioni! Per Spinosa tale sostanza, come sostanza, non è modificazione. Ed invero, se egli avesse detto, che la sostanza di questo mondo è modificazione; vi sarebbe nei medesimi termini un' altra esplicita, e manifesta contradizione. Imperocchè sarebbe sostanza, perchè ei così dice, e non sarebbe sostanza, perché sarebbe modificazione. Ma poco prima egli avea detto, che questa modificazione è l' anima di tutte le intelligenze. La sostanza dunque di questo mondo non è essa l' anima di tutte le intelligenze. Ma ogni anima è una cosa in se sussistente: e per lo medesimo Spinosa, tutto ciò, che sussiste in se, è sostanza. Tale dunque asserta anima è essa una sostanza, e tuttavia non è una medesima cosa coll'asserta sostanza di questo Mondo, ma un'altra. Tutto il mondo adunque non è una sola sostanza, o Dio, ma costa almeno di due sostanze, della corporale estensione, cioé, (che Spinosa falsamente chiama sostanza di questo mondo) e dell' anima di tutte le intelligenze. Ma quí egli dice, che tutto l' universo niente altro é, che quella so-

versum non aliud esse, quam eam substantiam, aut Deum. Ergo est, et non est unica substantia, aut unicus Deus. En contradictio.

Item si hujusmodi anima est quidem anima omnium intelligentiarum, non est hercle unum, et idem cum ipsis intelligentiis, quas animat, et informat; nec itidem hujusmodi intelligentiæ sunt unum, et idem cum asserta substantia mundi. Præterquamquod, enim supra ipse dixerat, quod ista substantia mundi nullam intelligentiam habet; atque ideo a fortiore unum, et idem esse nequit cum hujusmodi intelligentiis, id ipsum quoque lucidissime patet ex eo, quod nec hujusmodi intelligentiæ, nec hujusmodi asserta substantia, unum, et idem sunt cum asserta hujusmodi anima. Atqui per Geometricum Axioma, et per inconcussum logicum, et omnis veritatis generale principium, quæ non sunt eadem uni tertio, non sunt eadem inter se. Hujusmodi ergo intelligentiæ non sunt eædem, neque cum asserta anima, nec cum asserta substantia mundi. Atqui per eumdem Spinosam hujusmodi intelligentiæ existunt, in se subsistunt, ac animantur, et informantur ab asserta anima, et totidem etiam personas supponunt intelligentes in hoc mundo existentes, et subsistentes. Quot ergo in hoc mundo sunt intelligentiæ, et intelligentes personæ, totidem sunt, existunt, et in se subsistunt substantiæ ab hujus mundi asserta substantia, aut Deo, atque ab asserta anima penitus diversæ. Falsum ergo, falsissimum est, et apertam contradictionem involvit id, quod dicit hìc Spinosa; totum, scilicet, universum nihil aliud esse, quam assertam illam substantiam,

stanza, o Dio. Dunque é, e non é una sola sostanza, o un solo Dio. Ecco la contradizione.

Dippiú se tale anima è veramente anima di tutte le intelligenze, non è certamente una medesima cosa colle stesse intelligenze, che anima, ed informa; neppure tali intelligenze sono una medesima cosa coll' asserta sostanza del mondo. Mentre, oltre che egli stesso sopra avea detto, che codesta sostanza del mondo non ha alcuna intelligenza, e che perciò per una più forte ragione esser non può una medesima cosa con tali intelligenze, questa stessa verità chiarissimamente si scorge anche da ciò, che né tali intelligenze, né tale asserta sostanza sono una medesima cosa colla tale asserta anima. Ma per un inconcusso, e generale principio di Logica, e d' ogni verità, e per un inconcusso Geometrico assioma tutte quelle cose, che non sono una medesima cosa con un terzo, non lo sono neppur fra loro. Tali intelligenze adunque non sono una medesima cosa nè coll' asserta anima, nè coll' asserta sostanza del mondo. Ma per lo medesimo Spinosa tali intelligenze esistono, e sussistono in se, ed animate sono, ed informate dall' asserta anima, e suppongono ancora altrettante persone intelligenti, esistenti, e sussistenti in questo mondo. Quante adunque vi sono in questo mondo intelligenze, ed intelligenti persone, altrettante sostanze vi esistono, e sussistono in se totalmente diverse dall' asserta sostanza del mondo, o da Dio, e dall' asserta anima. Falso, falsissimo dunque si è, ed aperta contradizione involve ciò, che quí dice Spinosa, non esser, cioè, altra cosa tutto l' universo, che l' asserta sostauza, o Dio; quando, e per l' e-

a dire, toutes ses modifications (31).

---

aut Deum: cum et per rerum evidentiam, et per ejusdem confessionem, præter tot varias res, tot existunt intelligentiæ, intelligentesque personæ ut numerum pene innumerabilem faciant. Oh! contradictiones! Oh! inaudita impudentia!

(31) Etsi, jam millibus demonstravimus argumentis, et rationibus, quod quævis Spinosiani systematis propositio mille apertas contradictiones involvit, et mille absurda, ita ut millies invictissime jam probata sit, confirmata, et millies evidentissime comprobata quoque sit, necessitas existentiæ veri Dei, Creatoris, vere infiniti, veri Æterni, Omnipotentis, Sapientissimi, et ab hoc mundo, ejusque substantia penitus diversi. Omnia enim Spinosiani systematis absurda, ut supra indicavimus totidem revera sunt evidentissime demonstrationes illius inconcussæ veritatis, quod, nempe, necesse est admittere existentiam veri Dei Creatoris, et hujus mundi, ejusque substantiæ evidentissimam contingentiam, hæc omnia tamen absurda, et probationes dare possemus eidem, et sic demum urgere. Omittimus, o stulte Spinosa, quod hoc loci attributa confundis cum modificationibus, quasi essent unum, et idem, quod quidem, ut supra notavimus, absurdissimum est, et apertam involvit contradictionem, omittimus tamen, et solum a Spinosianis petimus, et Jacobinis. Istane efficta substantia infinitas hujusmodi modificationes, et attributa, quorum susceptibilis a vobis dicitur, ab æterno omnia simul actu habuit, an non? Tergiversationi hic locus non relinquitur ullus, aut ab æterno ista substantia omnes simul actu habuit modificationes, quarum susceptibilem esse dicitis, aut non

tutte le sue modificazioni (31).

---

videnza delle cose, e per confessione di lui medesimo, oltre a tante altre cose, vi sono tante intelligenze, e tante intelligenti persone, che quasi innumerabile fanno la loro schiera. Oh! contradizioni! Oh! inaudita inverecondia!

(31) Sebbene con mille ragioni, ed argomenti abbiam già dimostrato, che ogni proposizione dello Spinosiano sistema mille aperte contradizionl involve, e mille assurdi, in guisa che resta già mille volte provata, confermata, e mille volte anche evidentissimamente comprovata la necessitá dell' esistenza del vero Dio Creatore, veramente Infinito, veramente Eterno, Onnipotente, Sapientissimo, ed affatto diverso di questo mondo, e della lui sostanza; dappoichè tutti gli assurdi dello Spinosiano sistema, come sopra dimostrammo, sono in realtà altrettante evidentissime dimostrazioni di quella inconcussa veritá, ch' è necessario, cioè, l' ammettere l' esistenza del vero Dio Cretore, e la contingenza di questo mondo, e della di lui sostanza; tutti questi assurdi purnondimeno, e queste prove rilasciar gliele potremmo, ed incalzarlo finalmente cosí — Ommettiamo, o stravagante Spinosa, che in questo passo gli attributi confondi colle modificazioni, quasi fossero una medesima cosa; lo che certamente, come sopra dimostrammo, è assurdissimo, ed aperta contradizione involve, l' ommettiamo purnondimeno, e solamente dimandinmo dagli Spinosisti, e Giacobini: cotesta immaginaria sostanza ebbe forse in effetto tutte insieme sin dall' eterno tali infinite modificazioni, ed attributi, di cui voi dite esser ella suscettibile, l' ebbe, dico, sin

simul habuit actu ? Si responderitis, quod omnia simul, et actu habuit ab æterno ; et tum nos reponemus. En in terminis contradictio, et absurdum manifestum. Vos (Nota 21) asseritis, quod ista substantia susceptibilis est infinitarum modificationum. Atqui dicere, eam susceptibilem esse harum modificationum, idem est ac dicere, quod numquam actu omnes simul habuit, et quod nequidem nunc habet, aut habebit in posterum. Ab æterno ergo omnes modificationes actu simul habuit, et non habuit; habet, et non habet. Habuit nempe, quia ita respondistis; et non habuit, quia adhuc aliarum modificationum susceptibilis est. En, ut ajebamus, in terminis manifesta contradictio, en absurdum. Verum non solum involvit contradictionem in terminis, sed etiam in rebus ipsis. Siquidem, si omnes simul ab æterno habuit actu, planissime sequitur, quod ab æterno nulla alia modificatio accedere potuit eidem, nec potest nunc, aut postea poterit unquam; ita ut dicendum sit, quod, prout nunc sumus cuncti homines, plantæ, animalia etc. sic fuimus ab æterno, et sic in æternum futuri sumus sine aliqua alia modificatione, et mutatione. Atqui hoc absurdissimum est, et reapse contra evidentissimam veritatem rerum, et communem omnium hominum conscientiam, atque uniuscujusque proprium intimum sensum. Respondere ergo, quod ista afficta substantia mundi ab æterno omnes modificationes, et quidem infinitas habuit actu, non solum contradictionem involvit in terminis, sed etiam in millibus ip-

dall' eterno tutte insieme in un atto, o nò? Quì alcun luogo non resta alla tergiversazione. Tutte queste tali modificazioni, delle quali voi dite, esserne essa suscettibile cotesta sostanza, l' ebbe essa, o non l' ebbe tutte insieme in atto sin dall'eterno? Se risponderete, che sin dall' eterno ebbe in atto, ed insieme tutte le cose, ed allora noi ripiglieremo. Ecco ne' termini il manifesto assurdo, e la contradizione. Voi (nella nota 21) asserite, che cotesta sostanza è suscettibile d' una infinità di modificazioni. Ma il dire, che essa è suscettibile di tali modificazioni, è lo stesso che dire, che non l' ebbe mai tutte insieme, ed in un tratto, e che neppure l' ha al presente, o l' avrà mai per l' avvenire. Sin dall' eterno adunque tutte insieme ad un tratto l' ebbe, e non l' ebbe; l' ha e non l' ha; l' ebbe, vale a dire, perchè così rispondeste; e non l' ebbe, perché ancor é suscettibile di altre modificazioni. Ecco nei termini, come dicevamo, la manifesta contradizione, ed assurdo. Ma non solamente involve contradizione ne' termini, ma pure nelle cose istesse. Poichè se l' ebbe tutte insieme in effetto sin dall' eterno, chiarissimamente ne siegue, che sin dall' eterno nessun' altra modificazione aggiunger gli si poté, né si può ora, né si potrà mai neppur per l' avvenre, in guisa che dirsi debba, che come or siamo tutti gli uomini, animali, piante ec. così fummo sin dal eterno, e così saremo per tutta l' eternità avvenire, senz' alcun' altra modificazione, e mutazione. Ma è assurdissimo, ed è in realtà contro la commune esperienza di tutti gli uomini, e contro il proprio intimo sentimento di ognuno. Il risponderci adunque, che cotesta finta sostanza del mondo sin dall'eterno ebbe in atto tutte insieme le modificazioni, e modificazioni infinite, non solamente involve contradiozine nei termini, ma anche nelle istesse innumerabili

sis rebus. Superest ergo, ut Spinosiani respondeant, quod asserta substantia mundi non ab æterno omnes actu habuit infinitas modificationes, quarum susceptibilem esse dicunt, seu quas habere potest. Atqui per Defin. 5. et Cor. 1. omne id, quod non actu habet omnia, quæ habere potest, nequit esse infinitum. Ista ergo asserta substantia mundi nequit esse infinita, nequit esse Deus; sed tantum finita. Atqui omne id, quod finitum est, est contingens, et omne id, quod est contingens, Creatore indiget, ut existat. Dicendum est ergo, quod necesse est admittere existentiam Dei Creatoris vere Infiniti, Omnipotentis, ab hoc mundo, ejusque substantia penitus diversi. En quomodo verum, verissimum est, quod Spinosa facere non potuit, quin, vel ex ipsis suis verborum inter se pugnantium strophis, ipsa meridiana luce clarius millies demonstretur, et confirmetur necessaria Existentia veri Dei ab hoc mundo, ejusque substantia penitus diversi. Insuper si non omnes modificationes actu habet ista substantia, aliæ atque aliæ modificatianes successive accedere possunt eidem; quemadmodum porro ipse Spinosa fatetur. Atqui omne id, cui aliquid accedere potest per cor. 3. Def. 5. non est infinitum, sed finitum. Asserta ergo substantia infinita quidem non est, sed tantum finita; atque ideo omnipotenti indiguit Creatore, ut existeret. Juxta ergo confessionem, et impium, absurdumque Spinosæ systema, cum asserta substantia mundi, ut substantia, in se, suaque natura sit potentiæ, intelligentiæ, et omnis perfectionis expers, et ideo imperfecta, imperfectissima, tantum abest, quod asserta susceptibilitas infinitarum modificationum, eam faciat po-

cose. Resta adunque ai Spinosiani, che ci rispondano, non aver l' asserta sostanza del mondo sin dall' eterno tutte insieme in atto le infinite modificazioni, delle quali dicono esser ella suscettibile, ossia, che può ella avere. Ma per la definiz. 5. e Corol. 1. tutto ciò, che non ha in atto tutte le cose, che può avere, non puó esser infinito. Cotesta adunque asserta sostanza del mondo infinita esser non può, non può esser Dio; ma solamente finita. Ma tutto ciò, che é finito, è contingente; e tutto ciò ch' é contingente per esistere ha bisogno del Creatore. Dir dunque si deve, che è necessario ammettere l' esistenza di un Dio Creatore, veramente infinito, onnipotente, ed affatto diverso di questo mondo, e della di lui sostanza. Ecco, come vero, verissimo si è, che Spinosa non potè fare a meno, che anche dai suoi stessi giri di parole fra lor contradittorie più chiaramente della stessa meridiana luce mille volte si dimostri, e si confermi la necessaria esistenza del vero Dio, affatto affatto diverso di questo mondo, e della di lui sostanza.

Innoltre se cotesta sostanza in atto non ha tutte le modificazioni; possono alla medesima successivamente avvenire altre modificazioni, siccome certamente confessa lo stesso Spinosa. Ma tutto ciò, a cui può aggiungersi qualche cosa per lo Corol. 3. della defin. 5. infinito non è, ma finito. L' asserta sostanza adunque infinita invero non è, ma solamente finita; e quindi per esistere ebbe necessità di un Creatore Onnipotente. Giusta dunque la confessione, e l' empio stravagante sistema di Spinosa, essendo l' asserta sostanza del mondo, come sostanza, in se, e di sua natura senza potenza, intelligenza, e perfezione alcuna, e perciò imperfetta, imperfettissima, tanto é lungi, che l' asserta suscettibilità d' infinite modificazioni la renda infinita, potente, intelligente,

tentem, intelligentem, infinitam, perfectissimam, et Deum; quin imo evidentissime demonstrat, eam esse ens omnino finitum, imperfectum, et contingens, et quod utpote talis, ut existeret, Creatore indiguit omnipotenti, infinito, perfettissimo, et ab eadem omnino diverso. Profecto dicere quod ista substantia susceptibilis est infinitarum modificationum, idem est ac dicere, quod ista substantia alias, atque alias habere potest modificationes et in se, et sua natura, non omnes actu habet modificationes. Atqui omne id, quod in se, et sua natura potest diversimode modificari, et omnia non habet actu, limites habet,et ideo limitibus circumscriptum est. At id, quod limites habet, ac limitibus circumscriptum est, per Def. 1. finitum omnino est, et nequit esse infinitum. Ista ergo a Spinosa maleficta substantia in se, et sua natura finita omnino est, et nequit esse infinita. Præterea habere modificationes, idem est, ac habere modos. Sed habere modos, idem est ac habere limites, et esse ens finitum. Modus enim, et limes synonima sunt. Cum ergo Spinosa dixit, quod in se, et sua natura ista sua substantia mundi susceptibilis est modificationum, idem fuit, ac dixisse, quod in se, et sua natura ista substantia mundi limitata est, limitibus circumsoripta, et omnino finita. Sed id quod est finitum, nequit esse infinitum, et indipendens, nequit esse Ens a se, æternum, et necessarium; sed contingens est, et ut ipse Spinosa fatetur, et testatur, nequit esse Deus. Substantia ergo hujus mundi, in se, et sua natura nequit esse infinita, nequit esse independens, ens a se, æternum, et necessarium, sed contingens est,et prout ipse Spinosa fatetur nequit esse Deus; imo ipsa sub-

perfettissima, e Dio; quanto anzi evidentemente dimostra, esser essa un ente totalmente finito, imperfetto, e contingente, e che come tale per esistere ebbe bisogno di un Creatore Onnipotente, Infinito, Perfettissimo, e dalla medesima totalmente diverso. In veritá dire, che cotesta sostanza è suscettibile di infinite modificazioni, è lo stesso, che dire, che cotesta sostanza può avere altre, ed altre modificazioni, e che in se, e per sua natura non ha in un tratto tutte le modificazioni. Ma tutto ciò, che in se, e per sua natura può essere diversamènte modificato, e non ha in un tratto tutte le cose, ha limiti, ed è perciò da limiti circoscritto. Ma ciò, che ha limiti, ed è dai limiti circoscritto per la defin. 1. è dell' intutto ente finito, ed esser non può infinito. Cotesta adunque di Spinosa malabbozzata sostanza, in se, e per sua natura è dell' intutto finita, ed infinita esser non può.

Innoltre aver modificazioni é lo stesso, che aver modi. Ma avere modi è lo stesso, che aver limiti, ed essere ente finito. Dappoichè Modo, e Limite sono sinonimi. Quando adunque Spinosa disse, che in se, e per sua natura cotesta sua sostanza del mondo è sucettibile di modificazioni, fu lo stesso, che aver detto, che in se, e per sua natura codesta sostanza del mondo é limitata, circoscritta da' limiti, e dell' intutto finita. Ma ciò, che é finito, esser non può infinito, e indipendente, ente da se, eterno, e necessario; ma è contingente, e come lo stesso Spinosa lo confessa, ed attesta non può esser Dio. La sostanza dunque di questo mondo in se, e per sua natura non può esser infinita, non può esser indipendente, ente da se, eterno, e necessario, ma contingente, e come il confessa lo stesso Spinosa, non può esser Dio; anzi la stessa sostanza come contin-

stantia mundi utpote contingens, ut existeret Deo indiguit Creatore, Omnipotenti, Sapientissimo, Necessario, Æterno, et vere Infinito, ac penitus diverso ab hoc mundo, ejusque substantia. Sed híc mundus, ejusque substantia existit. Existit ergo verus Deus ab hoc mundo diversus, prout Catholici profitemur, et ad aras usque contendimus omnes. Quid evidentius his? In tanta veritatis luce quid Spinosistæ, et Jacobini?

gente, per esistere ebbe bisogno di un Dio Creatore, Onnipotente, Sapientissimo, Necessario, Eterno, e veramente infinito, ed affatto diverso di questo mondo, e della di lui sostanza. Ma questo mondo, e la di lui sostanza esiste. Esiste dunque il vero Iddio diverso da questo mondo, come lo professiamo i cattolici tutti, e tutti sostenghiamo a fronte anche di morte. Qual cosa piú evidente di queste? In tanto splendore della verità cosa pensano gli Spino.isti, e i Giacobini?

In Spinosœ Patronum, impium Tolandum, ejusque impiissimum Pantheismum.

I Jacobini, et Spinosistæ, cum in aliquem incidunt, qui scite assertam Spinosianam substantiam, reliquumque systema exagitet et explodat, desperantes tot, tantaque Spinosæ assurda, tot, tantaque vana, et stultissima deliria aliquo modo defendere, vel aliquo tegere se posse colore, veluti, et quasi Spinosæ systema, ejusque verba, et mentem interpetrando, atque explicando, alia, atque alia consarcinant sua propria deliramenta, et ad impii Tolandi impiissimum Pantheismum se tandem recipiunt, confugiuntque dicentes: Substantiæ nomine nihil aliud nos intelligimus, nisi illa corporum prima elementa, sive exiguas illas particulas, ex quibus corpora composita sunt, et de quarum natura inter Philosophos non convenit, et quas nos numero infinitas, necessarias, æternas, et immutabiles esse defendimus » Ergo, respondemus, vestri Systematis asserta novitas ista in nomine tantum illo substantiæ tota consistit, et posita est; revera autem vetustorum Materialistarum idem ipsum vetustum systema est, et antiquatum, idem illud scilicet, quod jam supra pluribus evidentissimis demonstrationibus modo oppugnavimus, et penitus exsufflavimus. Porro jam Demon. I. et sequentibus luce clarius, et fortasse pluribus, quam oportebat, invictis rationibus, et argumentis satis superque probavimus, istiusmodi exiguas, vel simplicissimas partes substantiæ hujus mundi esse non posse, neque re, neque numero infinitas, neque necesarias, neque æternas, et ideo neque immutabiles. Quod enim nec infinitum, nec necessarium, nec æternum, finitum est,

Contro il Patrocinatore di Spinosa l' empio Tolando, ed il di lui impiissimo Panteismo.

I. I Giacobini, ed i Spinosisti qualor in alcun s' imbattono, che dottamente scuote, e dona la caccia all' asserta Spinosiana sostanza, ed al rimanente sistema, disperando eglino di poter in alcun modo difendere, o coprire con alcun colore tanti, e tali assurdi, tali, e tanti vani, e stravagantissimi delirii di Spinosa, come quasi interpetrando, e spiegando il sistema di Spinosa, e le di lui parole, ed intenzione, affastellano altri, ed altri loro proprii delirii, e si ritirano finalmente, e si rifuggiano nell' impiissimo Panteismo dell' empio Tolando, dicendo: Sotto il nome di sostanza niente altro noi intendiamo, che quei primi elementi dei corpi, ossia quelle tenui particelle, dalle quali sono composti i corpi, e della natura delle quali non si convien trai filosofi, e che noi difendiamo essere infinite di numero, necessarie, eterne, ed immutabili » Adunque, rispondiamo noi, l' asserta novità del vostro sistema tutta consiste, ed è solamente riposta nel nome di sostanza; realmnente però é lo stesso stessissimo vetusto, e riprovato sistema degli antichi Materialisti, quel medesimo, vale a dire, che già sopra con più evidentissime dimostrazioni abbiam poco fa impugnato, e fatto andar tutto per aria. In verità nella Dimostrazione I. e seguenti, più chiaramente della luce, e con invincibili ragioni, ed argomenti, forse più di quanto abbisognava, già soprabbondantemente provammo, che tali picciole, e semplicissime parti della sostanza di questo mondo esser non possono infinite, nè ognuna in se stessa per sostanza, nè per numero, nè necessarie, nè eterne, e quindi neppure immutabili. Imperocchè ciò, che infinito non è, nè necessario, nè eterno, finito egli si

contingens, temporaneum, et mutabile, et immutabile esse nequit. Quo fit, ut importunum videatur, eadem iterum argumenta revolvere. Et quamvis nostra veritas ita undique exultat, ac splendet, ut millibus aliis convalidari possit rationibus, et argumentis; tamen, quo jam pluries devictos Spinosistas penitus conficiamus, operæ prætium erit, tantummodo saltem demonstrare novum istiusmodi eorum systema apertam in ipsis iisdem terminis contradictionem involvere; videlicet, contradictionem involvit in terminis dicere, ut ipsi effutiunt, totum mundum mutationibus obnoxium esse, et revera identidem, et ad horas, et momenta mutari; ejus vero substantiam, seu ejusdem mundi elementares partes nunquam mutari, et in se, et sua natura immutabiles omnino esse.

DEMONSTRATIO.

§. 2. Concedunt ergo hujusmodi impiissimi homines, quod alioquin negare non possunt, concedunt, inquam, hunc mundum subinde, imo ad horas, et momenta semper mutari, et in eo singula, et pene innumera corpora, ex quibus mundus ipse compositus est. Mundus igitur, et hujusmodi singula corpora mundum ipsum componentia sunt entia composita ex illis exiguis, vel etiam simplicissimis elementaribus partibus. Porro entis compositi essentia, veraque, natura per defin. 1. reposita est, et tota consistit in istarum partium in unum cohesione, seu compositione. Cum itaque mutatur compositum, oportet, ut partium istarum cohesio quoque mutata fuerit, et compositio; aliter compositum ipsum esset mutatum, quia ita supponimus; et ita etiam conoedit adversarios ipse; et mutatum non esset, quoniam partium

è, contingente, temperaneo, e mutabile; ed immutabile esser non può. Quindi è, che molesta cosa sembra, e fuor di proposito il refrigare un' altra volta i medesimi argomenti; e sebbene la nostra verità cosí da ogni parte risplende, e brilla, che convalidar si può con mille altre ragioni, ed argomenti; tuttavia per annientare affatto i più volte abbattuti Spinosisti, è convenevole il dimostrar almen soltanto, che questo tale lor nuovo sistema aperta contradizion involve negli stessi medesimi termini, che ne' termini, cioè, contradizion involve il dire, come essi cicaleggiano, che tutto il mondo è soggetto a mutazioni, e che spesso spesso, ad ore, ed a momenti in realtà si muta; e la di lui sostanza, ossia del medesimo mondo le parti elementari non si mutano mai, e che in se, e per sua natura son affatto immutabili.

DIMOSRAZIONE.

§. 2. Questi tali impiissimi uomini adunque concedono ciò, che per altro negar non possono, concedono, dico, che questo mondo di tratto in tratto, anzi ogni ora, ed ogni momento si muta, ed in esso i singoli, e quasi innumerabili corpi, da' quali é l' istesso mondo composto. Il mondo adunque, e tali singoli corpi componenti il mondo medesimo sono essi enti composti da quelle piccole, ed eziandio semplicissime parti elementari. L' essenza, e la vera natura dell' ente composto per la defin. 1. é certamente riposta, e tutta consiste nella coerenza di coteste parti in uno, o sia nella composizione. Quando dunque si muta il composto, uop' è, che sia stata mutata ancora la coerenza, e la composizione di coteste parti. Altrimenti il composto sarebbe esso mutato, perchè cosí supponghiamo, e cosí anche concede l' avversario istesso, e non sarebbe mutato perché la coerenza, e composizione delle parti, donde solamente in-

cohesio, et dispositio, ex qua mutatio compositi intelligi tantum potest, mutata non est, sed eadem mansit. Atqui cum partium elementarium cohesio mutatur, et dispositio, aliquam ipsæ partes subeunt mutationem. Cum ergo mundus, et singula corpora ipsum componentia mutantur, ut conceduut adversarii, eorum quoque mutantur elementares partes. Atqui, ipsi dicunt, quod hæ non mutantur. Ergo mutantur, et non mutantur. En prima contradictio. Item si partes elementares semper eædem sunt, et non mutantur, ut adversarii effutiunt, eadem semper, et non mutata erit quoque earum cohesio, et dispositio. Atqui si eadem, et non mutata est compositio partium, idem quoque, et non mutatum sit, oportet, ipsum compositum, utpote quod non consistit, nisi in sola partium compositione. Si partes ergo nunquam mutabuntur, et sunt ipsæ immutabiles; necessario sequitur, quod singula corpora hujus mundi, et ipse mundus, qui ab eis exurgit, nunquam mutabuntur, et immutabiles ipsi quoque sunt. Atqui adversarius contendit, quod totus mundus, et singula corpora eum componentia sunt mutabilia, et quod imo ad momenta mutantur. Totus ergo mundus, et singula corpora eum componentia mutantur, et non mutantur; sunt, et non sunt mutabilia. Atqui hæc manifesta contradictio est, et absurdum. Manifesta igitur contradictio in terminis est, dicere, quemadmodum adversarii effutiunt, mutabilem esse hunc mundum, immutabiles vero ejusdem elementares partes. Quod erat probandum.

§. 3. Sed insurget impius Tolandus, quamvis inepte, insurget tamen, dicens — Concedo equidem compositionem, ac partium coherentiam mutabilem esse, et ad horas revera mutari, prout corpora mutantur, et entia composita. Reapse enim concipi non

tender si può la mutazione del composto, mutata non è, ma restò la stessa. Ma quando la coerenza, e la disposizione delle parti elementari si muta, qualche mutazione soffrono le medesime parti. Quando dunque si muta il mondo, ed i singoli corpi, che lo compongono, come concedono gli avversarj, le loro parti elementari ancor si mutano. Ma essi dicono, che queste non si mutano. Dunque si mutano, e non si mutano. Ecco la prima contraddizione. Dippiù se le parti elementari sono sempre le stesse, e non si mutano, come cicalegiano gli avversarj; sempre la stessa ancor sarà, e non mutata la loro coerenza, e disposizione. Ma se la composizione delle parti é la stessa, e non è mutata; forz' è che il medesimo, e non mutato anche sia lo stesso composto, come quello, che non consiste, se non nella sola composizione delle parti. Se dunque non si muteranno mai le parti, ed esse sono immutabili; per necessità ne siegue, che i singoli corpi di tutto il mondo medesimo, che da quei risulta, non si muteranno mai, e sono essi anche immutabili. Ma l' avversario sostiene, che tutto il mondo, ed i singoli corpi, che lo compongono sono mutabili, e che di momento in momento anzi si mutano. Tutto il mondo adunque, ed i singoli corpi, che lo compongono si mutano, e non si mutano; sono, e non sono mutabili. Ma questa è una manifesta contradizione, ed assurdo. Il dire adunque, come cicalano gli avversarj, che questo mondo é mutabile, le parti peró elementari del medesimo sono immutabili, implica ne' termini, e manifesta contradizione involve. Ciocché provar doveasi.

§. 3. Ma insorgerà l' empio Tolando, quantunque inettamente, insorgerà tuttavia, dicendo — Concedo in verità, che la composizione, e la coerenza delle parti è mutabile, ed ognora realmente si muta a proporzione, che i corpi si mutano, e gli enti com-

potest in corporibus mutatio ulla, nisi concipiatur simul partium elementarium mutata dispositio, et cohesistentia. Verum hujusmodi mutatio partium in loci tantum mutatione consistit, non afficit vero earum internam naturam. Cum scilicet, mutantur corpora, quævis eornm elementaris pars, eadem manente ejus natura, ac sine ulla sui interna mutatione, locum mutat, et modum componendi, seu cum aliis cohesistendi; ipsa autem interius non mutatur, sed semper est eadem, quamvis mutaverit locum. Quemadmodum enim, exempli gratia, cum aureus nummus mutatur, si aurificis opere, auro manente, annulns evaserit, dicitur, quod nummus in annulum mutatus fuit, et quod aurum tamen mansit semper idem, et quod non mutavit, nisi solam figuram, et quod partes aurum componentes non mutavere, nisi locum, et modum inter se cohesistendi; ita hujus mundi, omniumque substantia corporum semper est eadem, et nunquam mutatur, quamvis varias modificationes accipiens, sæpe corporum mutat figuras, modos, limitesque. Inde blasphemando concludit impius ille: Mundi substantia, seu elementares partes in se, et sua natura immutabiles sunt: et cum mundus, et corpora mutantur, quæ eum componunt, partes elementares, (seu substantia) non mutant, nisi solum locum, et modum inter se cohesistendi.

§. 4 Profecto hujusmodi ejus responsum cæteris omnibus futilius, ineptius, et prorsus absurdius est. Hæc enim externa loci mutatio aut profecta est ex interna vi cujusvis partis, aut ex vi externa. Si dixeris primum, et tum est, quod volebam. Tum enim

posti. Imperocchè non si può in realtà concepire mutazione alcuna nei corpi, senza concepirsi insieme cambiata la disposizione, e la coerenza delle parti elementari. Ma una tal mutatione delle parti solamente consiste in mutazione di luogo, non tocca però la loro interna natura. Quando vale a dire, cambiansi i corpi, qualunque loro elementare parte, restando sempre la stessa la di lei natura,e senz'alcun interno suo cambiamento, soltanto cambia il luogo,ed il modo di comporre, ossia di coesistere coll'altre, essa però nel suo interno alcuna mutazione non soffre, ma sempre é la stessa, sebben abbia mutato il luogo. Imperocchè (quell' impiissimo dice:) siccome per cagion d'esempio, quando una moneta d' oro è mutata, se per opera d' un orefice sará divenuta un anello, restando sempre lo stesso oro, si dice, che la moneta fu mutata in anello, e che l' oro tuttavia restò sempre lo stesso, e non mutò, che la sola figura, e che le parti componenti l' oro non mutarono, che il luogo, ed il modo di coesistere fra loro; cosí la sostanza di questo mondo, e di tutti i corpi sempre è la stessa, e non si muta mai, quantunque ricevendo varie modificazioni, spesso de' corpi muta la figura, i limiti, ed i modi. Laonde (blasfemando quell' empio conchiude) la sostanza, o sia le parti elementari del mondo sono in se, e di sua natura immutabili, e quando si muta il mondo, ed i corpi, che lo compongono, le parti elementari, (o sia la sostanza) non mutano se non di luogo, e di modo di coesistere fra loro.

§. 4. Questa di lui risposta in verità é più insussistente, piú inetta, ed assai piú assurda di tutte le altre. Imperocchè quest' esterna mutazion di luogo o è essa provenuta da un' interna forza di ciascuna parte, o da una forza esterna. Se avrai detto il primo; ed allora é ciò che io desiderava, *Dappoichè* allora

concedis, quod interna vis cujuscumque partis non semper est eodem modo directa, ac determinata, non semper est eadem. Atqui si interna vis cujuscumque partis non semper est eadem, sed mutatur; internam subeunt mutationem ipsæ eædem partes elementares. Externa ergo cujuscumque partis mutatio loci internam ipsius partis indicat mutationem. Quævis ergo corporis, mundique mutatio innuit, includitque internam ipsarum suarum partium mutationem, et vicissitudinem. Quoties ergo unumquodque Corpus mutatur et mundus; toties unaquæque elementaris pars internam, externamque patitur mutationem, et externe, interneque reapse mutatur. Mutatur ergo ex demonstratis; et non mutatur; quoniam ita blaterat impius ille. Quæ contradictio in terminis apertior ista? Quod absurdum manifestius?

§. 5. Si vero responderit impius ille Tolandus, quod externa illa mutatio loci profecta sit ex aliqua vi externa; quæro an hæc vis externa, quæ elementares partes mundi, ejusque substantiæ impellit ad mutandum locum, cohesionem, et modum cohesistendi, est extra totum ipsum mundum, ejusque substantiam, an intra? Si est extra substantiam hujus mundi; necessario sequitur, quod extra substantiam hujus mundi, et extra hunc ipsum mundum existit alia substantia ab hoc mundo distincta, et diversa, quæ agens elementares partes, seu substantiam hujus mundi, eas, quo vult, agit, et impellit. Ergo ex uno capite concedis, quod extra hunc mundum, ejusque substantiam necesse est, ac omnino oportet, ut existat alia substantia, aliud Ens ab hoc mundo distintum, et diversum, quod sit quidem primus auctor motus

concedi, che l' interna forza di qualsivoglia parte non é sempre diretta, e determinata della stessa maniera, non è sempre la stessa. Mà se l' interna attività di qualunque parte non é sempre la stessa, ma si muta; un' interna mutazione soffrono le stesse medesime parti elementari. Ogni esterna dunque mutazion di luogo di ciascuna parte l' interna mutazione c' indica della parte medesima. Qualsivoglia adunque mutazion del mondo, e di un corpo necessariamente ci significa, ed include l' interna mutazione, e cambiamento delle medesime sue parti. Quante fiate adunque ciascun corpo si muta, et il mondo, tante fiate ciascuna elementare parte un' interna, ed esterna mutazione ella soffre; ed internamente, ed esternamente in realtà si muta. Si muta adunque per quanto da dimostrar venghiamo, e no si muta, perchè così cicaleggia quell' empio. Qual' implicanza ne' termini, qual contradizione più chiara? Qual assurdo piú evidente di questo?

§. 5. Se poi risposto avrà quell' empio Tolando, che quella esterna mutazion di luogo provenuta sia da una forza esterna; io dimando se forse questa esterna forza, che spinge le parti elementari del mondo, e della di lui sostanza a mutar di luogo, di coerenza, e modo di coesistere, é essa forse fuori di tutto lo stesso mondo, e della di lui sostanza, o dentro? Se essa è fuori della sostanza di questo mondo, necessariamente ne siegue, che fuori della sostanza di questo mondo, e fuori di questo mondo medesimo esiste un' altra sostanza da questo mondo distinta, e diversa, che agendo su tutte le parti elementari, ossia su la sostanza di questo mundo, le spinge, e gir le fa, ovunque vuole. Concedi dunque da un lato, che fuor di questo mondo, e della di lui sostanza é necessario, e fa onninamente di mestieri, che esista un' altra sostanza, un altro Ente diverso, e distinto da questo mondo, che sia certamente il primo Autore del moto

totius mundanæ substantiæ, atque ideo necessarium, omnipotens, æternum, et a se: Quod Ens Omnipotens, necessarium, et a mundo diversum est equidem illud, quod nos appellamus Deum; quod idem est ac dicere: Concedis quod existit Deus Omnipotens, et Necessarius, et ab hoc mundo diversus, et qui sua omnipotenti voluntate dat, regit, et temperat omnium rerum motum, omnes earum vicissitudines, totumque earum admirabilem ordinem, ac varietatem: quod equidem volebamus. Et capite ex altero concedis, quod hæc extramundana vis, quæ elementares mundi partes ad mutandum locum singulas impellit, ita, impellendo eas, interne afficit, ut agant, quum ex se et sua natura antea non agebant, sed quiescebant; ut nunc aliorsum dirigantur, quam antea; ut nunc moveantur agendo, et nunc quiescant; ut nunc hoc modo, nunc alio inter se cohereant, et cohesistant; nunc hujus, nunc alius modi mutationem producant in corporibus, et toto mundo. Atqui unicuique rei nihil est magis internum, et intrinsecum, quam propria actio, et quies, et propria vis agendi, et non agendi; omne Ens, quod in se, et sua interna natura ita comparatum est, ut nunc hoc, nunc alio agat modo, idem est ac dicere, quod illud Ens in se, et sua interna natura aliter esse potest; atqui per Defi. 12. id omne, quod aliter esse potest, est mutabile. Substantia ergo, seu partes elementares hujus mundi, quæ ita interna sua natura comparatæ sunt, ut nunc hoc, nunc aliud agant, in se, et sua interna natura mutabiles omnino sunt, imo reapse continua semper, et interna mutatione agitantur, prout continue, et semper mundus ipse mutatur, et corpora in eo contenta. Atqui adversarius asserebat interius esse immutabiles,

di tutta la mondana sostanza, e perciò Necessario, Onnipotente, Eterno, e da se. Qual Ente Onnipotente, Necessario, e diverso del mondo è certamente quello, che noi chiamiamo Dio: che tanto è a dire, concedi, che esiste un Doi Onnipotente, e Necessario, e diverso di questo mondo, e che colla sua Onnipotente volontá dà, regge, e governa il moto di tutte le cose, tutte le loro vicende, e tutto l' ammirabile loro ordine, e varietà: che in verità è quanto noi volevamo. E concedi da un altro canto, che questa estramondana forza, la quale tutte ad una ad una spinge le parti elementari del mondo a mutar luogo, spingendole, tale affezione nel loro interno induce, che agiscano, quando prima da se, e per sua natura non agivano, ma stavano immote; che ora si diriggano per un' altra parte diversa di prima; che or agendo si muovano, ed or stiano in quiete; che or fra loro si uniscano, e coesistano di un modo, ed or di un altro; che or una, ed or un' altra mutation producano nei corpi, ed in tutto il mondo. Ma ad ogni cosa niente è piú interno, ed intrinseco, che la propria azione, e quiete, e la propria forza di agire: ed ogni ente, che in se, e sua intrinseca natura è cosí disposto, che or agisca di un modo, ed or di un altro, è lo stesso che dire, che quell' ente in se, e nella sua interna natura puó essere diversamente. Ma per la Def. 12 Tutto ciò, che può essere diversamente, è mutabile. La sostanza adunque, ossia le parti elementari di questo mondo, le quali nella loro interna natura sono così disposte, che or fanno una, ed or un' altra cosa, in se, e di sua interna natura sono onninamente mutabili, anzi sono di fatti da una continua, ed interna mutazione sempre agitate, a proporzione di come sempre, e continuamente si muta il mondo istesso; ed i corpi, che in esso contengonsi. Ma l' avversario asseriva, che nell' interno erano im-

Ergo sunt, et non sunt mutabiles. En in ipsis ejusdem adversarii terminis aperta contractio. En absurdum in ipso systemate, ipsiusque systematis verbis, et terminis.

§. 6. Si demum impius dixerit adversarius Tolandus, quod illa vis, quæ singulas elementares partes mundi ad mutandum impellit locum, non provenit ex alio ente extra substantiam ipsius mundi, sed ex eadem ipsa interna substantia mundi; tunc nos instabimus 1. Ipsa ergo eadem substantia mundi nunc huc, nunc illuc singulas impellit partes elementares mundi, quod idem est, ac dicere: ipsa eadem substantia mundi in se, et sua intrinseca natura ita comparata est, ut nunc hoc, nunc illud, nunc uno, nunc alio agat modo. Atqui aliquid esse in se, et sua intrinseca natura ita comparatum, ut nunc determinatum sit ad faciendum hoc, nunc illud, nunc hoc, nunc alio modo, id importat, aliter esse posse, idest per Def 12 id importat esse mutabile. Substantia ergo hujus mundi, quæ in se, et sua intrinseca natura ita comparata est, ut nunc hoc, nunc alio agat modo, eadem ipsa in se, et sua intrinseca natura mutabilis penitus est, et reapse, ut mutantur corpora, et mundus, semper mutatur et ipsa. Atqui impius adversarius dixerat immutabilem. Ergo est, et non est immutabilis. Ecce alia in ejus terminis aperta contradictio. Ecce aliud absurdum. Quocumque ergo se vertant impiissimus Tolandus, ejusque imperitissimi sectatores, laqueos contradictionis ab ipsismetispsis in suis iisdem terminis impudentissime, imprudentissimeque dispositos nullo possunt effugere, nullo possunt evadere pacto.

Porro si ut nostris ipsi deprehendimus oculis, et

mutabili. Dunque sono, e non sono mutabili. Ecco come ne' medesimi termini dello stesso avversario vi è la contradizione. Ecco l' assurdo nell' istesso sistema, e ne' termini, e nelle parole del medesimo Sistema.

§. 6 Se finalmente quell' empio avversario Tolando avrà detto, che quella forza, la quele spinge le singole, parti elementari del mondo a mutar luogo non proviene da un' altro ente fuori della sostanza dello stesso mondo. Allor noi incalzeremo in primo luogo. La stessa medesima sostanza del mondo adunque spinge or quà, or là le singole parti elementari del mondo: che tanto é dire: la stessa medesima sostanza del mondo, in se, e sua intrinseca natura è così disposta, che or agisce di un modo, ed or di un altro, or fa una cosa, ed or un'altra. Ma l' essere una cosa in se, e sua intrinseca natura così disposta, che ora è determinata a far questo, ed or l' altro, or di questo modo, ed or di un altro, ciò importa poter essere diversamente, cioé per la Def. 12 tanto impotra esser mutabile. La sostanza adunque di questo mondo, la quale in se, e sua intrinseca natura è così disposta, che or fa una cosa, ed or un' altra, or di un modo, ed or di un altro, la medesima in se stessa, e di sua intrinseca natura è affatto mutabile, e realmente si muta essa medesima, come si mutano i corpi, ed il mondo. Ma l' empio avversario avea detto, di essere immutabile. Dunque è, e non é immutabile. Ecco un' altra contradizione ne' termini; ecco un altro assurdo. Ovunque perciò si volgono l' impiissimo Tolando, ed i di lui sciocchissimi settatori non possono in alcun modo scanzare, svilupparsi in modo alcuno non possono dai lacci della contradizione da loro stessi negli stessi loro termini sfrontatissimamente, e stravagantissimamente disposti.

In verità, se come noi cogli occhi nostri stessi os-

ut in nostro quoque ipsi corpore continue experimur, ad horas, et momenta corpora variant, et mutantur; a si eorum mutatio nequit aliunde oriri nisi ex loci saltem mutatione, quam singulæ patiuntur elementares partes corporis; ac si hæc partium mutatio loci proficisci non potest, nisi ex varia ipsarum partium actione, passione, quiete, aut directione; et si hæc partium ipsarum varia actio, passio, aut directio provenire nequit omnino, nisi ex quadam varia interna vi, et nisu agendi, quo prædita sit, oportet quævis pars; (quomodo enim singulæ agent partes, si nullam vim, et nisum, habent agendi? Et quomodo varie, ac diversimode agent, si illa interna vis, et nisus agendi nunquam variat, nunquam est diversimode affecta?) Si ergo, ut ajebam, hujusmodi varia actio, et contentio cujusvis partis intelligi nequit, nisi ex quadam interna vi, et nisu agendi invicem inter se, et reagendi; ac si unicuique rei nihil est magis internum, nihil magis intrinsecum, quam sua cuique actio, et vis, ac nisus ille agendi, quin imo, ut Leibnitio placuit, et Wolphio, cujuscumque partis elementaris essentia ac natura posita est, et tota consistit in hujusmodi agendi vi, nisu, et perpetuo conatu; (Cum enim hi Philosophi sentiant prima corporum ælementa esse entia simplicia, omnino, scilicet, partium expertia, hujusmodi entia simplicia definiunt quoque, dicentes » Ens simplex nihil aliud est, quam quædam vis agendi, seu continuus agendi nisus, et conatus «) ac demum si hujusmodi agendi nisus, vis, et conatus cujuscumque partis, pro varietate motus, quietis, ac mutationis

serviamo, e come noi ancora sperimentiamo di continuo nel nostro medesimo corpo, i corpi ad ogni ora, e ad ogni momento variano, e si mutano; e se la loro mutazione altronde derivar non può, che dalla sola almen mutation di luogo, che patiscono le singole elementari parti del corpo; e se questa mutazion di luogo, che patiscono le singole parti, provenir non può, che dalla varia azione, passione, quiete, o direzione delle medesime parti; e se questa varia azione, passione, o direzione delle parti nascer non può, che da una varia interna forza, e conato di agire, di cui, uopo è, fornita sia ogni singula parte; (Imperocchè in qual maniera mai agir potranno le singole parti, se di agire alcuna forza, o conato mai non hanno? E come potranno variamente, e diversamente agire, se quella interna forza, e conato di agire non varia mai, e non é mai diversamente disposta?) se dunque, come diceva, tale varia azione e conato di ciascuna parte intender non si può, che da una interna forza, e conato di agire, e reagire scambievolmente fra loro; e se ad ogni cosa niente è più intrinseco, che quella sua propria forza, e conato di agire, anzi, come a Leibnizio, ed a Volfio piacque, l'essenza e la natura di ciascuna elementare parte è tutta riposta e consiste in tale forza, istinto, e conato di agire; (Imperocché opinando questi filosofi, che i primi elementi de' corpi siano enti semplici, affatto, cioè, esenti di parti, definiscono anche tali enti semplici, dicendo » L' Ente semplice altro non é, che una certa forza di agire, o sia un continuo istinto, e conato di agire;) e se finalmente tale istinto, forza e conato di agire di ciascuna parte è onninamente necesario, che sia anche vario, a misura della varietà del moto, e quiete, e mutatione

corporum, ut ipse varius quoque sit, necesse penitus est; quo jure, quave fronte, qua infanda impudentia possunt stultissimi, et impiissimi Adversarii blasphemando affutire, quod mundus, et corpora eumdem componentia sunt mutabilia, eorumdem vero elementa, seu eorum elementares partes nunquam interne mutari, et omnino immutabiles esse, et semper eædem ?

§. 7. Instabimus 2. Per Tolandum substantia hujus mundi nihil aliud est, nisi ipsæ eædem partes elementares hujus mundi. Cum ergo nunc dicit, quod vis illa, quæ elementares partes mundi ad mutandum locum impellit, proficitur ex eadem ipsa substantia mundi, idem est ac dicere: quod proficiscitur ex vi interna cujusvis elementaris partis. Atqui hujus prolusionis §. 4. evidentissime demonstravimus, quod in hac hypotesi manifestam contradictionem involvit, elementares mundi partes esse immutabiles; et impius Tolandus, ut hujus contradictionis laqueum effugeret, dixit quod hujusmodi vis ab alio proficiscitur Ente extra hunc mundum, ejusque elementares partes. Nunc ergo sui ipse oblitus, redit ad vomitum, et in eumdem contradicionis, quem evadere optabat, invitus recidit laqueum.

§. 8. Præterea hujusmodi vis, nisus, seu conatus agendi cujuscumque partis elementaris, si in se, et sua natura varius semper est, et non semper est idem; non actu habet omnia, quæ habere potest; et ideo prout etiam supra demonstravimus, finitus prorsus est, et limitatus; ac ideo per cor. def. 4. in se, et sua natura potest limitibus augeri, et minui, et diversimode determinari, ac aliter esse. Atqui, quod in se, et sua natura potest aliter esse, per def. 12 id est mutabile. Prima ergo corporum, et mundi

dei corpi, con qual dritto, con qual fronte, o con quale abbominevole impudenza gli stravagantissimi, ed impiissimi Avversarii possono blasfemando ciarlare, che il mondo, ed i corpi, che il medesimo compongono, sono mutabili, i loro elementi però, ossia le loro elementari parti non mutarsi internamente mai, ed essere onninamente immutabili, e sempre le stesse?

§. 7. Lo incalzerem per 2: La sostanza di questo mondo per Tolando niente altro è, che le stesse medesime parti elementari di questo mondo. Quando dunque ora dice, che quella forza, che spinge le parti elementari a mutar luogo, proviene dalla stessa medesima sostanza del mondo, è lo stesso, che dire, che proviene dalla forza interna di ciascuna perte elementare. Ma nel §. 4 di questa Prolusione evidentissimamente dimostrammo, che in questa ipotesi manifesta contradizione involve, le parti elemetari essere immutabili; e l'empio Tolendo per isvilupparsi appunto dal laccio di questa contradizione disse, che tale forza proviene da un Ente fuori di questo mondo, e delle di lui parti elementari. Or dunque di se stesso egli dimentico tornò al vomito; e contro sua volontà ricade in quel medesimo laccio di contradizione, donde scappar volea.

§. 8. Innoltre tale forza, istinto, o conato di agire di ciascheduna parte elementare, se in se, e di sua natura è sempre vario, e non é sempre lo stesso, non ha insieme tutte le cose, che può avere, e perciò, come anche sopra dimostrammo, è finito dall' intutto, e limitato; e quindi per lo corol. della defi. 4 in se, e di sua natura può essere di limiti accresciuto, e sminuito, ed esser diversamente determinato, ed essere di altro modo. Ma ciò, che in se, e di sua natura può essere diversamente, per la defi. 12. è esso mutabile. Dei corpi adunque, e del mondo i

elementa, seu hujus mundi asserta substantia in se, et sua natura mutabilis omnino est, et peritura.

§. 9. Demum si cunctæ elementares corporum partes essent eædem; nec unaquæque earum augeri, minuique viribus posset, nec diversimode in suis quæque exercendis viribus determinari; sequeretur hercle, quod unumquodque corpus immutabile quoque esset, et in illo statu quietis, et motus, quem olim sortitum fuissset, perseveraret semper, semperque maneret, nec augeri, nec minui, nec dissolvi, nec aliter unquam esse posset; quippe quia partes elementares illud corpus componentes ab illo statu, quem olim sortitæ fuissent, removeri non possent, utpote immutabiles. Atqui nihil magis absonum, nihil magis falsum, et absurdum esse, dici, aut fingi unquam potuit, quam asserere, corpora esse immutabilia, et aliter esse non posse, nec augeri, nec minui, nec dissolvi, nec diversimode componi. Nihil ergo magis absonum, magis falsum, et absurdum esse, aut fingi unquam poterit, quam asserere prima corporum elementa, seu mundi substantiam unicam esse immutabilia, et aliter esse non posse; quod erat demonstrandum. In tanta rerum luce, et evidentia, quid audebunt Athei? quid materialistæ? quid impii Spinosæ inter se discrepantes abortus monstruosi? quid demum Jacobini, qui impiis, et impietatibus omnibus favent, applaudunt, et assentiuntur?

§. 10 Cum ergo vel ipsa meridiana luce clarius demonstratum, probatum, pluriesque confirmatum sit, tum mundum, cum ejus substantiam sive unicam, sive ejus elementares partes in se, et sua natura mutabilia esse, imo identidem, et continue

primi elementi, ossia l' asserta sostanza di questo mondo è onninamente mutabile, e peritura.

§. 9. Finalmente se tutte le parti elementari dei corpi fossero sempre le stesse, nè ciascuna di esse accresciuta esser potesse di forze, e sminuita, nè diversamente determinata esser potesse ognuna nel metter in opera le sue forze;ne seguirebbe invero, che ogni corpo sarebbe anche immutabile, e sempre resterebbe, e persevererebbe sempre in quello stato di moto, o di quiete, che avrebbe una volta sortito, né potrebbe esser accresciuto, nè sminuito, nè disciolto, nè mai diversamente esser potrebbe ; dappoichè le parti elementari componenti quel corpo, come immutabili esser rimosse non potrebbero da quello stato, e situazione, che avrebbero una volta sortito. Ma niente piú stravagante, niente più falso, ed assurdo essere, dirsi, o fingersi mai poté, che dire, di essere immutabili i corpi,e di non poter essere diversamente, nè potersi, nè diminuire, né disciogliere, né diversamente comporre. Niente dunque esservi mai potrà, o fingersi di più falso, niente di più stravagante, ed assurdo; che asserire, i primi elementi de' corpi, ossia l' unica sostanza di questo mondo essere immutabili, e che diversamente esser non possano. Ciò, che dimostrar si dovea. In tanta luce, ed evidenza delle cose, che spirito avranno gli Atei? che i materialisti? che i fra loro discordanti mostruosi aborti dell' empio Spinosa? che finalmente i Giacobini, che favoriscono, applaudiscono, ed acconsentono a tutti gli empii, ed a tutte l' empieta?

Dem. 3. Cum homo per naturæ legem debeat a Deo virtutum remuneratore propriæ virtutis libe-

le cose come deve. Ma (per lo commune articolo 4.) tutti per legge di natura son tenuti di temere Iddio punitore de' vizj. Vizio poi é tutto ciò, che si fa contro le leggi della natura. Fra tutte le naturali leggi dippoi la legge somma è quella, che comanda di onorare colla Religione Iddio. Chiunque pertanto, che prudentemente dubita, e teme, che non onora veramente colla sua Religione Iddio, angustiato esser dee da un grandissimo, e sommo timore, e trovarsi immerso in una grandissima, e somma infelicità. Ma tutti gli uomini, che, come per legge di natura son tenuti, rettamente la pensano, senza la Divina Rivelazione (per la prop. 1.) certi esser non possono con una certezza infallibile, se colla loro Religione onorano veramente Iddio, e perciò devono per legge di natura prudentemente temere, che non onorino colla loro Religione Iddio punitore de' vizj, e specialmente che il non onorare veramente Iddio colla Religione, è fra tutti i vizj il vizio più enorme, anzi é di tutti i vizj l' empia somma; e quindi per tale sommo, ed impiissimo vizio, sommi tormenti, sommi supplizj, e somme pene temer devono da Dio punitore. Tutti gli uomini adunque senza la Divina Rivelazione, uop' è comprenderli per legge di natura immersi in uno stato di grandissimo timore, e di somma infelicità. Ciocché per la seconda volta dimostrar doveasi.

Corol. Per esser dunque liberati da tale grandissimo, e giustissimo timore tutti gli uomini, prudenti utile utilissima, e necessaria necessariissima è la Divina rivelatione. Ma gli empiissimi Avversarii dicono non esser utile. È dunque, e non è. Ecco l' assurdo.

Si dimostra lo stesso per quell' altro rapporto, che se l' uomo, cioè, non onora Iddio colla vera Religione perde per sempre il sommo di tutti i beni.

Dim. 3. Dovendo per legge di natura l'uomo sperar da Dio rimuneratore delle virtù la liberale re-

ralem remunerationem sperare, et cum omnium vir-
tutum virtus quidem maxima illa sit, quæ vera re-
ligione vere Deum honorat, sua sponte sequitur, quod,
quo certior, et securior quis est se Deum vera reli-
gione honorare, eo certior, et securior est, quod sum-
mam a Deo laturus sit remunerationem, in qua pro-
fecto omnium bonorum summa reposita est, omni-
umque felicitatum thesaurus infinitus. Quicumque
ergo de veritate suæ Religionis certus non est, ma-
gnum semper experiri debet timorem, ne summum
omnium bonorum amittat bonum, omniumq felicitatum
felicitatem maximam perdat. Atqui hujusmodi timoris
status, ne summam perdat bonorum omnium, felicita-
tumque, status est infelicitatis earum omnium ma-
ximæ, quas experiri homo potest in hac vita morta-
li. Divina ergo sine revelatione, cum homo certus
esse nequeat de veritate suæ Religionis, vivat, om-
nino necesse est, in hujusmodi summæ perplexitatis
maximæque infelicitatis statu. Divina ergo revelatio
non solum est utilis utilissima, verum etiam neces-
saria, necessariissima, vel etiam ex hoc capite, quod
scilicet, hominem ab hoc summæ perplexitatis, maxi-
mæque infelicitatis liberat statu, et ad virtutem ample-
ctendam, exercendamque alacriorem facit, auden-
tioremque.

PROPOSITIO 3.

Impii adversarii cum jactant se non hujusmodi
maximum, immo nequidem minimum unquam exper-
tos esse timorem, perplexitatem, et infelicitatem, pla-
ne ostendunt, se non, ut recta ratio poscit, ratiocina-
tos esse, sanctas naturæ leges se nullo pacto servare,
et qui ex illis eas servare se jactat, quasi Deum ho-
noret vera Religione, eumque timeat, ut vitiorum
punitorem, se implicat in terminis, et sibi ipse con-
tradicit.

munerazione della propria virtù, ed essendo che la più grande di tutte le virtù certamente è quella, che con vera religione onora veramente Iddio, chiaramente ne segue, che quanto uno é più certo, e sicuro di onorare Iddio colla vera Religione, tanto più certo, e sicuro egli è di riportare da Dio la più grande remunerazione, in cui a dir vero, sta riposta la somma di tutti i beni, e l' infinito tesoro di tutte le felicità. Chiunque pertanto della verità della sua Religion certo non è, deve sempre provar il gran timore, non facciam che perda di tutti i beni il sommo, la somma di tutte le felicità. Ma un tale stato di timore di perdere il cumulo di tutti i beni, e di tutte le felicità é lo stato della più grande infelicità, che l' uomo può provare in questa vita mortale. Senza dunque la Divina Rivelazione non potendo l' uomo esser certo della verità della sua religione, assolutamente necessario egli è, che viva in tale stato di somma perplessità, e della più grande infelicità. La Divina rivelazione adunque non solamente è utile, utilissima, ma é anzi necessaria, necessariissima, anche per questo capo, che libera, cioè, ogni uomo da questo stato di somma perplessità, e di grandissima infelicità, e che ad abbracciar, ed esercitar la virtù piu volentieroso lo rende, e coraggioso.

PROPOSIZIONE 3.

Quando gli empj avversarj spacciano di non aver provato mai un sì sommo, anzi neppure il menomo timore, perplessità, ed infelicitá, chiaramente dimostrano di non aver eglino raziocinato, come la retta ragion ricerca, di non osservare in alcun modo le sante leggi della natura, e chi di osservarle fra lor si vanta, quasi che onori con vera Religione Iddio, e lo tema qual punitore de' vizj, s' inviluppa nei termini, e cade in contradizione con se stesso.

Dem. Cunctorum naturalium legum lex prima, ac summa illa equidem est, quæ unumquemque hominum ita in omnibus se gerere jubet, ut hominem decet intellectu præditum, ac ratione; se autem gerere, ut hominem decet, nihil aliud importat, quam cogitare, et agere juxta rectæ rationis regulas, idest, juxta sanctas naturæ leges. Atqui rectæ rationis, naturæque inviolabiles leges rigide, capite ex uno, præcipiunt, ut quisquis reapse dubitet, cum id recta ratio poscit, et cum quisquis de exitu dubitat maximarum rerum, eadem recta ratio poscit, ut maximum quoque concipiat timorem, qui timor juxta humanæ naturæ leges hominem excutit, impellitque, ut omnes exerat vires, omnemque lapidem moveat, quo maximi momenti res optatis tandem respondeat, arceaturque periculum omne; et alio ex capite, eædem rectæ rationis, naturæque inviolabiles leges jubent, præcipiuntque, ut quisquis agnoscat, et fateatur ingenue, se solo naturalis rationis lumine ductum, absque Divina Revelatione fallibilem prorsus esse, ac opinione decipi posse, sicut in cæteris, ita magis magisque in eis, quæ de Deo, ejusque attributis, et præceptis credere debeat, et opinari, jubent, scilicet, præcipiuntque rectæ rationis, naturæque primariæ leges, ut dubitet quisque, timeatque, ne illa sua præconcepta Religio, quam solo naturalis rationis lumine ductus veram esse judicat, falsa sit Deumque potius inhonoret, quam, ut opinatur; honoret, ac ideo sua opinione deceptus in terribiles incidat pœnas tremendissimæ justitiæ Dei rigidi vitiorum punitoris, et hujusmodi maximi præsertim vitii, quale reapse est istud vitium, per quod falsæ Religionis cultu maxime inhonoratur De-

Dim. Fra tutte le leggi naturali la prima, e più importante legge è certamente quella, la quale comanda, che ogni uomo in tutte le cose si diporti in quella guisa, che ad uom conviene d'intelletto dotato, e di ragione. Diportarsi poi come ad uom conviene, niente altro importa, che pensare, ed operare giusta le regole della retta ragione, giusta, cioè, le sante regole della natura. Ma le inviolabili leggi della retta ragione, e della natura rigidamente prescrivono da un canto; che ciascuno realmente dubiti, quando così la retta ragion richiede, e la stessa retta ragion richiede, quando uno dell'esito dubita di affari di sommo rilievo, sommo timore ei concepisca ancora; quale timore, giusta le leggi della natura umana scuote l'uomo, e lo spinge a mettere in attività tutte le forze, a mettere in opera tutti i mezzi, acciò l'affare di somma importanza riesca finalmente secondo il desiderio, e si scansi ogni pericolo; e dall'altro canto le stesse inviolabili leggi della retta ragione, e della natura impongono, e prescrivono, che ognuno riconosca, ed ingenuamente confessi, ch'ei guidato dal solo lume della naturale ragione senza la Divina Rivelazione è dell'intutto fallibile, e può ingannarsi, come in tutte le altre cose, così maggiormente, e per più forte ragione in ciò, che creder deve, ed opinare intorno a Dio, e suoi divini attributi, e precetti, prescrivono, vale a dire, e comandano le leggi della retta ragione, e della natura, che ognuno dubiti, e tema, che quella sua preconcepita Religione, che ei guidato dal solo naturale lume della ragione giudica esser vera, sia falsa, ed anzi che onorare, com'egli opina, disonori piuttosto Dio, ed ingannato intanto dalla sua opinione nelle terribili pene inciampi della tremendissima giustizia di un Dio punitore de' vizj, e massime di siffatto sommo vizio, qual'è appunto cotesto, per cui con culto di falsa Religione vien più d'ogn' altro offeso, e disonorato Iddio.

us. et offenditur. Si ergo rigide recta ratio jubet, legesque naturæ, ut quisquis solo naturalis rationis lumine ductus, absque Divina Revelatione de sua dubitet Religione, timeatque magnopere Deum tam turpis vitii punitorem; dicendum equidem est, quod cum nostri adversarii jactant, se hujusmodi justo, summoque non percelli timore, clarissime ostendunt, se, prout homines ratione præditos decet, non ratiocinari, sanctas naturæ leges nullo pacto servare, et qui ex illis se eas servare jactaverit, Deumque punitorem vitiorum vere credere, et timere, in terminis se implicat, et sibimet ipse manifeste contradicit. Capite enim ex uno asserit, sibi nullam antiquiorem curam esse, quam Deum vera Religione honorare, eumque maxime timere, ut justum punitorem committentium in leges naturæ, et præsertim in legem honorandi Deum Religione equidem vera, quia falsa Religio eum potius inhonorat, quam honorat; et sane Deus veritas æterna ex vi suæ essentiæ a falsitate non potest immo non abhorrere, præterquam quod falsa Religio (per axioma 3, et 4.) Religio non est, sicut falsa moneta monetæ prætium habere non potest. Ex altero autem capite jactat, se non illo angi timore, nec summa illa perplexitate, quam quisque ratione præditus experiri debet, cum certus infallibili certitudine, quæ omnem excludat timorem erroris, non est, quod *Deum* vera honoret Religione, et non offendat superstitione. Falsa enim Religio, vera superstitio est. Timet ergo, ne inhonoret, offendatque *Deum* superstitione, et non timet, timet *Deum* punitorem vitiorum, et præsertim superstitionis, et non timet. En in terminis contradictio, en absurdum.

Se dunque la retta ragione, e le sante leggi della natura rigidamente comandano, che ognuno dal solo lume della natural ragion guidato, senza la Divina Rivelazione, dubiti della sua Religione, e tema grandemente Iddio punitore di sí sconcio vizio, devesi certamente dire, che quando i nostri avversarj spacciano di non esser tocchi da sì giusto, e sommo timore, chiarissimamente dimostrano di non discorrerla, come ad uomini conviensi di ragion dotati, di non osservare le sante leggi della natura, e chi di osservarle fra lor si vanta, e di credere, e temer da dovero un Dio punitor de' vizj, ne' termini ei si involve, e manifestamente si contradice. Imperocchè da un canto ei dice, di non aver altra maggior premura, che di onorare Dio colla vera Religione, e di sommamente temerlo, come giusto punitore dei trasgressori delle leggi della natura, e massime della legge di onorare Iddio con la Religione, e Religione certamente vera, perchè la falsa Religione anzi che onorarlo, piuttosto lo disonora: Ed in verità Iddio Verità Eterna in vigor della sua Essenza non può non abborrire la falsità, oltre a quello, che la falsa Religione (per l' assioma 3, e 4.) Religion non è, come la falsa moneta, di moneta il prezzo aver non puó. Dall' altro canto poi si vanta di non essere angustiato da quel timore, e somma perplessitá, che chiunque è di ragion dotato, provar ei deve, quando con quella infallibile certezza, che di errore ogni timore escluda, certo ei non è di onorare colla vera Religione Dio, e di non offenderlo colla superstizione. Dappoichè la falsa Religione una vera superstizione ella si è. Teme dunque, che non disonori, ed offenda Dio colla superstizione, e non teme. Teme dunque, e non teme *Dio* punitore de' vizj, e massime della superstizione. Ecco ne' termini l' assurdo, e la contradizione.

Object. Hujusce nostræ argumentationis vim non bene intelligentes Naturalistæ objicient fortasse dicendo: Nos equidem non inficiamur, eum, qui de sua dubitat, quam profitetur, Religione, non sine magno timore esse debere, ne Deum potius offendat, quam sua honorat Religione, et ne in terribiles incidat manus Dei punitoris vitiorum. At nos, qui solius rectæ rationis lumine ducti, absque Divina Revelatione, de veritate nostræ naturalis Religionis non dubitamus unquam, hujusmodi magno metu penitus liberati sumus. Nobis ergo, et omnibus aliis hominibus, qui rectæ rationis compotes sunt, nec utilis, nec necessaria est Revelatio Divina. Hæc impii, et stultissimi adversarii.

Resp. Hæc illi effutientes futilia verba dant, et satis manifeste ostendunt, se nostræ argumentationis vim, nostræque quæstionis statum nullo pacto, ut ajebamus, intellixisse. Nostræ enim allatæ argumentationis vis, totusque nostræ quæstionis status in eo totus positus est, ut demonstret, prout luce clarius demonstravit, omnes homines, qui rectæ rationis recto pollent usu, absque Divina Revelatione dubitare utique debere de sua naturali Religione, ipsiusque rectæ rationis inviolabili lege ad ita dubitandum necessario cogi, et omnino compelli, ac in rectæ rationis, naturæque sanctissimas leges indubitanter committere eos, qui ita non dubitaverint. Idque evidentissime probavîmus ex eo, quod omnes homines ejusdem rectæ rationis, naturæque sanctissimis legibus agnoscere, ingenueque fateri adiguntur, se utpote limitato, et finito, numquam autem infinito, et perfectissimo intellectu præditos, opinione decipi posse, tum in cæteris omnibus rebus, quæ sub sensus non

I naturalisti non ben comprendendo la forza di questo nostro argomento, opporranno forse dicendo: Non neghiamo noi in verità, che colui il quale dubita della sua Religione, che professa, deve vivere non senza un gran timore, che colla sua Religione, anzi che onorare, offenda piuttosto Iddio, ed inciampi nelle terribili mani di un Dio punitore de'vizj. Ma noi, che guidati dal lume della sola retta ragione, senza la Divina Rivelazione non dubitiamo mai della verità della nostra naturale Religione, liberati appien siamo da sì gran timore. Per noi adunque, e per tutti gli altri uomini, che son di retta ragion partecipi, la Divina Rivelazione non è, né utile, né necessaria. Così gli empj, e stoltissimi avversarj.

Risp. Eglino così cicalando, spandono parole insussistenti, ed assai manifestamente dimostrano di non comprendere in modo alcuno la forza del nostro argomento, e lo stato della nostra quistione. Imperocché tutto lo stato della nostra quistione, la forza del nostro addotto argomento tutta riposta ella è in dimostrare, come più chiaro della luce dimostrò, che tutti gli uomini, i quali del retto uso godono della retta ragione, senza la Divina Rivelazione dubitar certamente devono della loro naturale Religione, e che a così dubitare costretti necessariamente vi sono, ed onninamente forzati da una inviolabile legge della stessa retta ragione, e chi così dubitato non avrà, indubitatamente calpesta le santissime leggi della retta ragione, e della natura. E questo evidentissimamente lo provammo da ciò, che tutti gli uomini dalle santissime leggi della stessa retta ragione, e dalla natura obbligati vengono a riconoscere, e confessare ingenuamente, ch' eglino come dotati di un intelletto limitato, e finito, e non mai infinito, e perfettissimo ingannar si possono nella loro opinione, sí per rapporto a tutte le altre cose, che non cadono sotto ai sensi, come principalmente per rapporto a

cadunt, cum maxime circa ea, quæ de invisibili Deo, ejusque invisibilibus attributis, operationibus, et præceptis credenda sunt. Atqui aliquem fateri se sua decipi posse opinione, idem est, ac debere de eadem timere, et dubitare. Qui ergo solius naturalis rationis finito, et limitato innixus lumini absque Divina Revelatione de sua non dubitat naturali Religione, atque ideo ita securus, certusque non est, ut omnem excludat timorem erroris, præterquam quod contra illas ipsius rectæ rationis, naturæque sanctissimas agit leges, quæ homines in suis operationibus non sine erroris formidine esse jubent, contra easdem quoque rectæ rationis, naturæque sanctissimas leges se infallibilem esse credit circa ea, quæ præcipuas recti divini cultus, rectæque Religionis partes componunt. Quid porro absurdius? Quid magis contra naturam, naturæque sanctissimas leges, quam dicere, quod homo, qui in millibus humanis, naturalibusque rebus opinione reapse decipitur, sit ipse infallibilis circa Divina, et Supernaturalia? Atqui infallibilitas est solius Dei Entis Infiniti, et Perfectissimi singulare attributum. Cum ergo Naturalistæ se asserunt nullo pacto de sua naturali Religione dubitare, nulloque vel minimo angi timore, ne falsa Deum inhonorent Religione, sibique nec utilem, nec necessariam esse Divinam Revelationem, idem est, ac se infallibiles jactare, se infallibili, infinito, perfectissimo gaudere intellectu, et nescio falli, et impiissima temeritate, ac nefanda audacia divinas perfectiones impiissime sibi arrogare. Atqui manifesta, et impiissima contradictio est, hominem alioquin finitum, et limitatum, illimitatum dicere, et infinitum, finito simul, et infinito gaudere intellectu, er-

ciò, che creder si dee dell' invisibile Iddio, e delli di lui invisibili attributi, operazioni, e precetti. Ma dover confessare d'esser uno fallibile nella sua opinione, è lo stesso, che dover temere, e dubitare della medesima. Chi dunque appoggiato al finito, e limitato lume della sola naturale ragione, senza la Divina Rivelazione non dubita della sua naturale Religione, oltre che opera contro quelle santissime leggi della stessa retta ragione, e della natura, le quali comandono, che tutti gli uomini nelle loro opinioni non siano senza timore di errare: contro anche le stesse santissime leggi della retta ragione, e della natura si crede egli d'essere infallibile per rapporto a quelle cose, che le principali parti compongono del retto divino culto, e della retta Religione. Qual cosa, oh Dio! più assurda? Qual cosa più contjaria alla natura, ed alle di lei santissime leggi, quanto il dire, che l'uomo, il quale in mille umane, e naturali cose difatti la sbaglia, sia egli stesso infallibile intorno alle cose Divine, e supernaturali? Ma l'infallibilità è un privativo attributo del solo Dio Essere Infinito, e Perfettissimo. Quando dunque i naturalisti spacciono di non dubitar essi in modo alcuna della loro Religione, e di non esser punti da alcun neppur menomo timore di disonorare Dio con falsa Religione, e di non esser loro né utile, nè necessaria la Divina Rivelazione, é lo stesso che vantarsi d'essere infallibili, di godere un intelletto infallibile, infinito, perfettissimo, ed incapace di fallire, e con impiissima temerità, e nefanda audacia impiissimamente arrogarsi le perfezioni Divine. Ma é una manifestissima, ed impiissima contradizione il dire, che l'uomo altronde finito, e limitato, sia illimitato, ed infinito, che goda d'un intelletto finito insieme, ed infinito, che sia, e non sia ad er-

roribus obnoxium esse simul, et non esse. Impiissima ergo, et manifestissima contradictio est, dicere, quod quivis homo solius naturalis rationis limitato innixus lumini, absque Divina Revelatione ejusdem rectæ rationis, naturæque sanctissimis legibus non prorsus cogi, non prorsus compelli ad dubitandum de asserta sua naturali Religione. Cum igitur naturalistæ de sua asserta naturali Religione non dubitent, contra ejusdem rationis naturæque santissimas leges committunt, non minus impie, quam stulte infallibilitatem illam sibi arrogant, quæ omnem omnino timorem excludit erroris, et divina sibi impiissime tribuunt. En quot, et quanta includit absurda naturalistarum impia securitas illa de veritate assertæ suæ Religionis, quam naturalem appellant, cum verius antenaturalis dicenda est. Ipsa ergo recta humana ratio poscit, et jubet, ut illa sit vere naturalis hominum Religio, quæ Divinæ Revelationi innixa omnino est, ac ea Religio, quæ solo naturalis rationis lumine innixa est, et Divinæ Revelationis expers, non illa equidem est, quam eadem recta ratio humana poscit, jubetque, quia dubia semper est, et plena periculi. Ut ergo redeamus, unde discessimus, quo homo sit de sua Religione securus securitate illa, quæ omnem timorem excludat erroris, Revelatione indiget omnino Divina. Divina igitur Revelatio non modo utilis, utilissima, sed necessaria, necessariissima quoque est; et naturalistæ cum de veritate suæ Religionis se non dubitare, et sine timore se vivere jactant, luculenter ostendunt, se in ratiocinando contra rectæ rationis, ac sanctissimas naturæ leges turpiter peccare, easque se non jam sequu-

rar soggetto. Un' impiissima adunque, e manifestissima contradizione ell' è, il dire, che ciascun uomo appoggiato al limitato lume della sola naturale ragione, senza la Divina Rivelazione, non sia egli dalle santissime leggi della stessa retta ragione, e della natura onninamente costretto, non sia egli onninamente obbligato a dubitare della sua asserta naturale Religione. Quando adunque della loro asserta naturale Religione i naturalisti omai non dubitano, peccano eglino contro le stesse santissime leggi della stessa retta ragione, e della natura; non meno empiamente, che stravagantemente quella infallibilità si arrogano, che affatto esclude ogni timor d' errore, e della Divinitá impiissimamente si usurpano gli attributi. Ecco quanti, e quali assurdi inchiude quella sicurezza de' naturalisti sulla verità della loro asserta Religione, che eglino chiamano naturale, quando dir con piú veracità si dee, antenaturale. La stessa adunque retta umana ragione richiede, e comanda, che la naturale Religion degli uomini é veramente quella, che dell' intutto appoggiata ell' è alla Divina Rivelazione, e che quella Religione, la quale è al solo lume della naturale ragione solamente appoggiata, e priva della Rivelazione Divina, quella certamente non è, che la stessa retta umana ragione richiede, e comanda; perché è sempre dubbia, e tutta pericolosa. Per ritornare adunque donde ci dipartimmo, acciò l' uomo sia della sua Religion sicuro con quella sicurezza, che di errore ogni timor esclude, ha onninamente bisogno della Divina Rivelazione. La Divina Rivelazione adunque non solamente è utile utilissima, ma anche necessaria, necessariissima. Ed i naturalisti quando si vantano di non dubitar eglino della verità della loro Religione, e di vivere su ciò senza timore; chiaramente dimostrano di aver essi nel ragionar peccato contro le santissime leggi della retta ragione, e della natura, di non avere eglino seguite gia come professano, e come si vantano, ma di a-

tos, ut profitentur, et gloriantur, sed impie transgressos esse, et conculcasse, se non jam naturalistas ut profitentur, et falso gloriantur, sed verius, et prorsus antenaturalistas esse, et dici oportere. Quid luculentius, quid evidentius esse, dici, aut fingi potuit unquam?

§. 2. Præterea homines omnibus sui ingenii, rectæque rationis viribus enitendo, tantum eo pertingere possunt, ut cognoscant se debere Religionis cultu Deum honorare; nunquam vero recte ratiocinando pertingere poterunt eó, ut cognoscant quid excogitare, quid demum facere debeant, quo pro meritis Deum honorent tamquam Creatorem, ac beneficentissimum Conservatorem omnium rerum, hominumque, nec cognoscere absque Divina Revelatione unquam poterunt, qua ratione Deum honorent, tamquam Supremum, Omnipotentem rerum omnium Dominum, et tamquam in se ipso Perfectissimum, Infinitum, et infinitis late fulgentem meritis. Oportet, hercle, ut hic hæreat fatiscatque, vel acutissimæ rationis fragilis navicula, et lacrimabile naufragium in hoc immenso oceano patiatur, oportet, ipsa recta humana ratio. Cum etenim ex uno capite cogitat, quod Deus Infinitus, et Perfectissimus infinita habet merita, ac ideo infinitis honorari meretur officiis; et cum capite ex altero se finitum, et limitibus circumscriptum agnoscit, et fatetur, clare equidem cognoscit, se aliquid infinitum facere non posse, se infinita Deo prout ipse meretur, officia præstare omnino nequire, cognoscit quoque Deum esse in se ipso felicissimum, beatissimumque, nec ullius rei unquam egere, se autem ejus inutilem esse creaturam, et ser-

verle empiamente trasgredite, e conculcate, e che eglino non sono giá, nè chiamarsi devono naturalisti come professano, e falsamente si vantano, ma con più di verità, ed assolutamente antenaturalisti. Qual cosa piú chiara, qual cosa più evidente essere, dirsi, o fingersi puoté mai?

§. 2. Innoltre gli uomini impegnando tutte le forze del loro ingegno, e della retta ragione, giugner soltanto possono a conoscere dover essi onorare Iddio con culto religioso, non potranno però rettamente raziocinando giungere a conoscere qual cosa debbono escogitare, qual cosa debbono finalmente fare per onorare Iddio a proporzion de' suoi meriti, come beneficentissimo Creatore, e conservadore degli uomini, e di tutte le cose; nè senza la Divina Rivelazione conoscer potranno mai in qual maniera debbano onorar Iddio, come Supremo Onnipossente Padrone degli uomini, e di tutte le cose, e come perfettissimo in se stesso, infinito, e che d'infiniti meriti da per tutto risplende. Fa d' uopo certamente, che quì in questo immenso oceano la fragile navicella dell' umana anche acutissima ragione si fermi, e facci acqua, e lacrimevole naufrgio soffra la stessa retta umana ragione. Imperocchè riflettendo da un canto, che un Dio infinito, e perfettissimo ha meriti infiniti, e che perciò d' esser onorato ei merita con infiniti ossequii; e riconoscendo dall' altro, e confessando di esser essa finita, e da' limiti circoscritta, chiaramente in verità conosce di non poter fare una qualche cosa infinita, di non poter essa a Dio in modo alcun prestare gl' infiniti ossequii, che egli in realtà si merita; conosce pure, che Iddio è in se stesso felicissimo, e beatissimo, e che non ha mai bisogno di cosa alcuna, essa poi esser di lui creatura, e ser-

vam , ac infinita officia præst re non posse, et absque Divina Revelatione nequidem scire , quid saltem eidem gratum foret acceptumque .

§. 3. Item nisi Deus ipse revelaverit , homo solo rectæ rationis usu quid in recognitionem Divini Supremi Dominii, quid in recognitionem infinitæ Divinæ Bonitatis faciendum esset, scire prorsus nequit. Atqui ab hominibus Deus hujusmodi omnes meretur honores . Cum ergo homines absque Divina Revelatione scire nequeunt qua ratione Deo omnes hujusmodi tribuant honores , Deum pro meritis honorare nequeunt . Atqui a non posse ad non esse , ut philosophi loquuntur , semper valet conseguentia . Naturalistæ ergo Divinam Revelationem non agnoscentes reapse Deum nusquam honorant . Atqui iidem ipsi naturalistæ contendunt , quod lege naturæ tenentur Deum pro meritis honorare , et se sua asserta naturali Religione , absque ulla Divina revelatione asserunt hujusmodi honores reapse Deo tribuere . Honorant ergo Deum , quia ita dicunt , et non honorant, quia nequeunt, dum nesciunt, quomodo eum honorent. Honorant ergo, et non honorant . En contradictio , en absurdum. Recta ergo ratio, lex ipsa ergo naturæ, quæ hominibus præcipit Deum honorare Religionis cultu, hominibus eadem præcipit Divinam querere Revelationem , sine qua homines nequeunt Religionis cultu Deum honorare . Quo enim jure quis ad finem tenetur , eodem quoque ad media tenetur ad finem conseguendum necessaria . Naturalistæ ergo dum fatentur se lege naturæ teneri Deum Religionis cultu honorare, in eamdem legem naturæ manifeste committunt , dum non solum Divinam non querunt Re-

va inutile, e che prestargli non può officii infiniti, e senza una Divina Rivelazione neppur conoscere essa può, qual cosa almeno grata al medesimo riescer potrebbe, ed accetta.

§ 3. Dippiù se non glielo avrà rivelato Iddio stesso, l' uomo col solo uso della retta ragione saper in modo alcuno non può qual cosa far egli dovesse in recognizione del Divino supremo dominio, in recognizione dell' infinita divina bontà. Ma Iddio merita dagli uomini tutti siffatti onori. Essendo dunque, che gli uomini senza la Divina Rivelazione saper non possono in qual maniera possono tributare a Dio tutti siffatti onori, onorar non possono Dio secondo merita. Ma giusta il linguaggio de' filosofi, dal non potere al non essere sempre è legittima la conseguenza. I naturalisti adunque, che la Divina Rivelazione non riconoscono, non onorano mai in realtà Iddio. Ma gli stessi medesimi naturalisti sostengono, che per legge di natura sono tenuti di onorare Iddio secondo merita, ed asseriscono, che eglino colla loro asserta naturale Religione senza la Divina Rivelazione tributano a Dio in realtà tutti siffatti onori. Onorano dunque Iddio, perchè così dicono, e non l' onorano, perché nol possono, mentre non sanno la maniera come onorarlo. L' onorano dunque, e non l' onorano. Ecco la contradizione, ecco l' assurdo. La retta ragione adunque, la legge dunque istessa della natura, che agli uomini comanda di onorare Dio con culto di Religione, la medesima legge agli uomini comanda di andare in cerca della Rivelazion Divina, senza la quale con culto di Religione Dio onorar non possono. Imperocchè con quel dritto, che uno è tenuto al fine, col medesimo obbligato egli è a cercare i mezzi necessarj alla consecuzion del fine. I naturalisti adunque mentre confessano di esser eglino per legge di natura obbligati di onorare Iddio con culto di Religione, contro la medesima legge della natura manifestamente essi peccano,

velationem, sed imo respuunt, dicuntque eam nec utilem esse, nec necessariam.

§ 4 Insuper naturalistæ dum fatentur, quod lege naturæ homines tenentur credere Deum punitorem esse vitiorum, non equidem negant, homines in vitia sæpe prolabi. Atqui lex naturæ est illa quoque, quæ jubet ut sequatur pœna peccatum, Cum primum ergo in legem aliquis commiserit, statim pœnæ a Deo sit addictus, oportet. Atqui humana naturalis ratio absque Divina Revelatione, quamvis cunctis enitatur viribus, numquam eo pervenire potest, ut sciat reum a Deo punitore impetrare veniam posse, et si fortasse pervenire huc poterit, numquam tamen cognoscere valebit, qua ratione eam consequi posset, multoque minus si eam Deus concesserit unquam, nisi Deus ipse dignatus fuerit revelare. Cum ergo quivis homo ingenue fatetur se immunem omnino non esse ab omni peccato, et ineluctabilem legem esse naturæ, quæ jubet, ut sequatur pœna peccatum, creditque Deum punitorem esse peccati; ipsa recta ratio, ac naturalis asserta Religio, legesque naturæ apertissime poscunt, jubentque, ut quivis homo in hoc rerum statu maximo crucietur pœnæ timore, et quadam valde agitetur desperatione fatali. Atqui naturalistæ objiciebant se in asserta naturali Religione liberos esse omni timore. Asserta ergo eorum securitas contra naturalem rationem, contra rerum evidentiam, contra ipsam assertam naturalem Religionem est, ipsamque naturam. Quod sane idem est ac dicere; naturalis Religio, prout eam sibi ipsi fingunt, contra naturalem rationem, contra rerum evidentiam, contra veram naturalem religionem, quæ

mentre anzi che andare in cerca della Rivelazion Divina, la rigettano, e dicono di non essre utile, né necessaria.

§. 4. Innoltre i naturalisti mentre confessano d'esser gli uomini per legge di natura obbligati a credere, che Iddio è punitore de' vizii, non niegano certamente, che ne' vizii sdrucciolano spesso gli uomini. Ma legge della natura è quella ancora la quale comanda, che dopo il peccato venga la pena. Come dunque un uomo avrà peccato, fa d' uopo, che tosto da Dio alla pena destinato ei sia. Ma l' umana natural ragione senza la Divina rivelazione, sebben tutti i suoi sforzi impegni, giungner non potrá mai a sapere, se perdono impetrarsi può da Dio punitore, e quando anche a tanto giunger forse potesse, saper tuttavia non potrà mai in qual maniera conseguir lo possa, e molto meno se l' avrà mai Iddio una qualche volta concesso, se di rivelarlo degnato non si sarà Iddio medesimo. Essendo dunque vero, che ogni uomo ingenuamente confessa di non esser affatto esente da ogni peccato, che una legge inalterabile della natura è quella, che comanda di punirsi ogni peccato, e vero essendo, che ogni uomo crede esser Iddio punitor d' ogni peccato; la stessa retta ragione, la stessa asserta naturale religione, e le leggi della natura apertissimamente richiedono, e comandono, che da un sommo timore della pena sia tormentato ogni uomo, e da una certa disperazion fatale sia grandemente agitato. Ma i Naturalisti obbiettavano, che eglino nella loro asserta religion naturale sono affatto liberi di ogni timore. L' asserta dunque lor sicurezza è contro la natural ragione, contro la stessa asserta religion naturale, contro l' evidenza delle cose, e contro la natura istessa; locchè certamente è lo stesso che dire: la naturale religione, come essi se la fingono, é dell' intutto contraria alla natural ragione, contro l' evidenza della cose, contro la vera naturale religione, che come necessaria ricerca la rivelazion Divina,

Divinam revalationem sibi necessariam postulat, omnino est et contra ipsam naturam. Atqui a tanto cruciatu naturalis timoris, et disperationis ad solatium spei revelatio Divina revocat homines. Revelatio ergo Divina ex hoc etiam capite non solum utilis hominibus est, sed etiam necessaria.

Corol. Ex ante dictis facile colligitur, quod illa tantummodo est vere religio naturalis hominum, quæ tota Divinæ revelationi innixa est, nec naturalis hominum religio dici potest illa, quæ Divinæ revelationi innixa tota non est, sed lumini tantum rationis humanæ. Naturalistarum ergo, qui omnem revelationem respuunt, asserta religio, nec naturalis hominum Religio est, nec dici unquam potest. Atque ideo naturalistæ hujusmodi sua asserta Religione juxta leges naturæ, quæ Deum revelata divinitus Religione colere jubent, nec, ut debent, naturaliter honorant, nec, ut debent naturaliter timent, et reverentur. Atqui ipsi fatentur, quod lege naturæ Deum juxta ejusdem naturæ leges honorare tenentur homines, ac valde timere, ac revereri. In hujusmodi ergo asserta Religione naturalistæ perseverando contra naturæ legem impie delinquunt, ac hujusmodi immani vitio Deum inhonorantes, in se ipsi Divinam concitant justitiam Dei vitiorum punitoris.

PROPOSITIO IV.

Ex illa ipsa Naturalistarum vera propositione, qua nobiscum asserunt, quod lex naturæ, seu Deus naturæ Sapientissimus Auctor jubet, ut homines Religione Deum honorent, evidentissime demonstratur, quod Deus hominibus revelavit quænam Religio grata sibi foret, accepta, et vera.

Dem. Solo naturalis rationis usu omnes homines lege naturæ agnoscere tenentur, et fateri se finitos esse, et limitatos, et nihil facere posse, quod infinitum

e contro la stessa natura. Ma la Divina rivelazione richiama gli uomini da tanto tormento di natural timore, e disperazione al conforto della speranza. Anche per questo capo adunque la Divina rivelazione non solamente è utile agli uomini, ma è pur necessaria.

Corol. Dall' anzidetto facilmente si deduce, che la vera naturale religion degli uomini è solamente quella, che alla Divina rivelazione è tutta appoggiata, e che naturale religion degli uomini dirsi quella non può, che alla Divina rivelazione tutta appoggiata non è, ma al solo lume della regione umana. L' asserta dunque religione de' Naturalisti, che riggettano ogni rivelazione, né essere, né dirsi può mai la religion naturale degli uomini; e quindi i Naturalisti con siffatta lor asserta religione, giusta le leggi della natura, che comandono di venerare Iddio colla religione divinamente rivelata, nè l' onorano come devono per natura, né come per natura lo devono, il temono, e riveriscono. Ma eglino stessi confessano, che gli uomini per legge di natura obbligati sono di onorare Dio, grandemente temerlo, e riverirlo giusta le leggi della stessa natura. Perseverando dunque i Naturalisti in tale loro asserta religione, empiamente peccano contro la legge della natura, e disonorando Dio con un sí gran vizio, irritano contro se stessi la Divina Giustizia di un Dio punitore de' vizii.

PROPOSIZIONE IV.

Da quella stessa vera proposizion de' naturalisti, per cui insieme con noi asseriscono, che la legge della natura, ossia Iddio autore sapientissimo della natura comanda, che gli uomini l' onorino con la religione, evidentissimamente si dimostra, di aver Iddio rivelato agli uomini, quale religione mai fosse per essergli grata, accetta, e vera.

Dim. Gli uomini tutti col solo uso della natural ragione sono per legge di natura obbligati di riconore, e confessarsi finiti, e limitati, e che nulla far pos-

esset, ac perfectissimum, et nihil ideo quod infinito, et perfectissimo Deo dignum, eique gratum, acceptumque esse posset; item solo naturalis rationis usu omnes homines eadem lege naturæ agnoscere tenentur, et fateri se inter tot, tam varias, et inter se invicem contrarias, ac repugnantes Religiones, quas solo naturalis rationis usu mens excogitare posset humana, ac reapse varii excogitarunt homines, cognoscere vi solius naturalis rationis non posse, quænam Religio grata, et accepta Deo esset, ac vera, nec cognoscere posse, quid in ostentionem grati animi erga Deum pro tam magno Creationis, et Conservationis beneficio, et in recognitionem Divini Supremi Dominii facere deberent, quod quidem gratum, acceptumque foret eidem; quæ sane obsequia non minima pars sunt Religionis, cultusque divini. Atqui nemo, facere potest id, quod prorsus nequit scire. Solo ergo naturalis rationis usu grata, digna, et Deo accepta Religione homines honorare eum non possent, nec hujusmodi obsequia præstare, cultumque Divinum. Atqui Deus, ut ipsi naturalistæ fatentur, et contendunt, per legem naturæ hominibus inditam, et ingenitam jussit eisdem, ac ideo prorsus voluit, ut homines hæc ei præstarent officia, honorem, cultumque Divinum. Ergo revelavit eisdem. Pone enim, quod Deus eisdem non revelaverit; tunc dicendum erit, quod Deus voluit, ut ei homines hujusmodi præstarent obsequia grata, quia ita ipse voluit, et jussit per legem naturæ hominibus ingenitam; et noluit, quia quænam essent hujusmodi grata obsequia, cum homines solo naturalis rationis usu cognoscere nullo possent pacto, noluit divinitus eis revelare. Porro qui media ad finem necessaria

sono, che infinito si fosse, e perfettissimo, e nulla perciò, che degno esser potesse di un Dio infinito, e perfettissimo, ed a lui grato, ed accetto. Gli uomini tutti di più col solo uso della ragion naturale fra tante, e sì diverse, e fra loro scambievolmente contrarie, e repugnanti Religioni, che coll' uso della stessa ragion naturale, escogitar potesse la mente umana, e che varii uomini han difatto escogitate, distinguere non possono qual Religione fosse mai a Dio grata, accetta, e vera; e che non possono neppur conoscere, qual cosa far potessero in segno di gratitudine verso Dio per lo sí grande beneficio della Creazione, e Conservazione, ed in recognizione del Supremo Divino Dominio, qual cosa, dico, far potessero, che a lui grata in vero, ed accetta esser potesse; quali ossequii in verità la menoma parte non sono della Religione, e culto Divino. Ma niuno far può ciò che affatto saper non può. Gli uomini adunque col solo uso della ragion naturale onorar non possono Iddio con una grata, ed accetta Religione. Ma come gli stessi naturalisti asseriscono, e sostengono, Iddio per una legge di natura agli uomini impressa, ed ingenerata comandò ai medesimi, e perciò onninamente volle, che gli uomini siffatti officii gli prestassero, culto Divino, ed onore. Glieli rivelò dunque ai medesimi. Imperocchè ponghiamo, che Iddio non glieli abbia a'medesimi rivelato; dirsi allor dovrá, che Iddio volle, che gli uomini tali grati ossequii gli tributassero, perchè così egli stesso volle, e comandò per una legge della natura agli uomini ingenerata; e non volle, perchè non potendo gli uomini col solo uso della natural ragione in modo alcun conoscere, quali mai si fossero tali ossequii a lui grati, divinamente rivelarglieli non volle. In verità chi adoperar non vuole i mezzi al fine necessarj, non vuole neppure il fine.

adhibere, non vult quoque finem. Ergo Deus voluit, et non voluit. Atqui id manifestam involvit contradictionem, et omnino impossibile est. Manifestam ergo contradictionem involvit, et est omnino impossibile, quod Deus non revelaverit, quænam vera officia, et obsequia grata, quænam Religio sibi esset grata, accepta, et vera. Dixi vera, quia Deus, ut est vi suæ essentiæ ipsa Bonitas, et Veritas infinita, malo unquam, falsove delectari non potest.

Corol. 1. Nulla ergo Religio est vera, nisi quæ divinitus fuerit revelata.

Corol. 2. Naturalistarum ergo asserta Religio, qui revelationem respuunt, vera esse non potest, sed falsa omnino est, et Deo prorsus ingrata, et invisa.

Corol. 3. Cum ergo omnino impossibile factu est, ut Deus veram hominibus non revelaverit Religionem, omnes homines lege naturæ tenentur hanc vere revelatam quærere, et amplecti Religionem; et Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii, qui revelatam reiciunt Religionem, in ipsas sanctas naturæ leges manifeste committunt, ac in respuenda revelata Religione se sanctas naturæ leges sequi non nisi falso, falsissime gloriantur; cum reapse eas in hoc maxime violant, profanant, impieque conculcant. Quid porro evidentius his?

DEMONSTRATIO V.

Idem demonstratur ex illa nostra, et naturalistarum communi propositione, qua ipsi quoque defendunt, quod infallibilis naturæ lex jubet homines credere, Deum remuneratorem esse virtutum, et punitorem vitiorum.

Cum Deus naturæ Omnipotens Auctor per inviolabilem ejusdem naturæ legem voluit, jussitque, ut homines virtutes amplecterentur, remunerationem

Iddio adunque volle, e non volle. Ma ciò una manifesta contradizione involve, ed è affatto impossibile. Manifesta adunque contradizione involve, ed è affatto impossibile, che Iddio rivelato non abbia, quali sieno mai i veri officj, e gli ossequj a lui grati, quale Religione mai grata gli fosse, accetta, e vera; dissi vera, perchè *Iddio*, come in vigor della sua Essenza è la stessa infinita Bontà, e Verità, compiacersi non può mai del malo, e del falso.

Corol. 1. Nessuna Religione adunque è vera, eccettone quella, che è stata divinamente rivelata.

Corol. 2. L' asserta Religione adunque de' naturalisti, i quali rigettano la Rivelazione, esser vera non può, ma è dell' intutto falsa, a Dio dell'intutto ingrata, e spiacevole.

Corol 3. Essendo dunque assolutamente impossibile a farsi, che Iddio non abbia agli uomini rivelato la vera Religione, gli uomini tutti per legge di natura obbligati sono di ricercare, ed abbracciare questa Religione veramente rivelata. Ed i Naturalisti, Deisti, e Religionarj, che la Religione rivelata rigettano, manifestamente peccano contro le stesse sante leggi della natura; e rifiutando essi la rivelata Religione non possono se non falso falsissimamente gloriarsi di seguitar eglino le sante leggi della natura, quando in ciò realmente sopra ogn' altro le trasgrediscono, le profanano, ed empiamente le conculcano. Quali cose in verità più evidenti di queste?

DIMOSTRAZIONE V.

Si dimostra lo stesso da quella commune proposizione nostra, e de' naturalisti, per cui essi ancor difendono, che un' inviolabile legge della natura comanda di credere gli uomini, che Iddio è rimuneratore delle virtù, e punitore de' vizj.

Quando *Iddio* Onnipotente Autor della natura volle e comandó, che tutti gli uomini abbracciassero le virtù promettendo anche la rimunerazione, e che da tutti i vizj

eis etiam pollicendo, et ut se abstinerent a vitiis omnibus, supplicia eis minitando, idem fuit, ac apertissime hominibus ostendere, et indicare, se efficacissime velle, ut omnes homines in exercitatione virtutum continerentur omnino, omnino abstinerent a vitiis omnibus. Atqui homines partim, quia limitati, ac limitato intellectu præditi, partim, quia æstu passionum abrepti, solo naturalis rationis usu, absque Divina Revelatione, non ab omnibus virtutibus omnia possunt secernere vitia, ita ut persæpe sua ipsi opinione decepti virtutem vitium existiment, et vitium virtutem; quemadmodum reapse usuvenit Ethnicis omnibus (axiom. 17. et ejus not.) Deus ergo, qui efficacissime voluit, jussitque ut homines omnes omnino se abstinerent a vitiis omnibus, vitia omnia, omnesque virtutes, quæ homines natura limitati naturaliter cognoscere nequibant, divinitus revelavit eisdem. Pone enim quod Deus hominibus omnia non revelaverit vitia, omnesque virtutes. Tunc equidem dicendum, quod Deus non efficacissime voluit, ut homines omnes ab omnibus se vitiis abstinerent, quia omnium vitiorum scientiam ad id prorsus necessariam non dedisset eisdem; qui enim non vult media ad finem assequendum necessaria, idem est ac noluisse finem. Atqui cum Deus per inviolabilem naturæ legem se verum remuneratorem virtutum manifestavit hominibus, et punitorem vitiorum, efficacissime, voluit, jussitque ut homines omnes ab omnibus se abstinerent vitiis. Voluit ergo, et non voluit; voluit quia ita præcepit; et non voluit, quia necessaria noluit media præbere. At id apertam contradictionem involvit, et est omnino dictu, factuque impossibile. Dictu, factuque ergo impossibile omnino est, quod Deus vitia omnia, omnesque virtutes divinitus non revelavit hominibus.

§. 7. Cum in Adami adjutorium, et ut ejus socia, ac eidem similis creata fuerit Eva, æqualitas illa jurium, et potestatis, quæ per naturalem legem in omni contractu requiritur, et societate, ne vitiosa sint, et contra naturæ leges, hæc, inquam, æquissimæ naturæ naturalis æquitas injicere quidem potuisset Adamo, Evæ, eorumque posteris dubitationem aliquam utrum ipsi in hujusmodi societate, et conjugali contractu, æquali jure, æqualique potestate frui deberent, ac utrum Aristocraticum potius, quam Monarchicum esse deberet regimen familiare. Profecto si de hac re Philosophos, populosque, qui hucusque fuerunt, consuleris, non minimam quidem reperies opinionum varietatem, quæstionemque. Quamobrem præterquam quod maxime omnium pacis, felicitatis, et prosperitatis familiarum Civitatum, et provinciarum inte-

sciuto. Io dimando ai sedicenti Naturalisti, Deisti, e Religionarii, se eglino in tanta varietà di umane ragioni, opinioni, e consuetudini, che su questo articolo si è verificata, ed esiste tuttora in tutto il mondo, loro dimando, io dico, se son essi tutti fra lor d' accordo, che la Monogamia, e l' insolubilità del matrimonio è per legge di natura, o sia per legge dal Creatore imposta a tutti gli uomini insin dai primi progenitori? E pure è questa una verità necessaria certamente a sapersi per evitar un vizio che sarebbe contro la legge della natura, e la pena, a cui per tale vizio da Dio punitor de' vizj assoggettato esser ne dovrebbe il reo. Con qual fronte adunque i così detti Naturalisti, Deisti, e Religionarj dire omai potranno, che utile, e necessaria la Divina Rivelazione anche non fosse per questo capo? o che non bene colla retta ragione si accordi, ciocché su questo assunto la santa Chiesa insegna?

§. 7 Essendo stata creata Eva per ajuto, e come socia di Adamo, ed a lui simile, quella egualtá di dritti, e di potestà, che per legge naturale ricercasi in ogni contratto, e società, per non esser viziosi, e contro le leggi della natura, recar certamente avrebbe potuto ad Adamo, ad Eva, ed a' loro posteri un qualche dubbio, se eglino in questa società, e contratto maritale per naturale legge goder dovessero dritto eguale, ed egual potestà, ed il familiar governo esser dovesse Aristocratico più tosto, che Monarchico. A dir vero, se intorno a questo affare consultato avrai i filosofi, ed i popoli, che sinora sono stati, troverai certamente una gran questione, e varietà di opinioni. Laonde oltre esser questo un articolo di somma influenza per la felicità, pace, e prosperitá delle famiglie, delle Cittá, e delle pro-

rest, certo scire, quodnam ad hujusmodi consequen-
da bona aptius regimen a Sapientissimo Auctore na-
turæ institutum sit, utrum Monarchicum, scilicet,
aut Aristocraticum, sola etiam Adami dubitatio, et
timor, ne uxoris jura læderet, eique faceret, quod
sibi fieri nollet; quod equidem, (quemadmodum
ipsi contendunt Naturalistæ) contra leges naturæ est,
et reum efficit hominem apud tremendum tribunal
Dei punitoris vitiorum; hæc sola, inquam, dubi-
tatio, ac timor, ne ulterius læderentur naturalia jura
(per corollaria axiomata 8. 9. et 10.) Adamum
quidem posuisset, et Evam in certo indeterminatio-
nis statu, damnosæ quietis, perplexitatis, et infeli-
citatis: dubitatio, perplexitas, et perniciosa quies,
quæ radicem generis humani penitus arefecisset, an-
tequam suas emisisset gemmas, ejusque impedisset
propagationem in primo suo principio, ipsoque pri-
mo pessundasset ab ortu. Quo igitur ab hujusmodi
dubitationis, quietis, et infelicitatis statu Adamus
subtraherentur, et Eva, cunctique eorum posteri, et
prompti efficerentur ad hujusmodi conjugalem socie-
tatem contrahendam, et propagandum suum genus
non solum utilis, utilissima erat Divina Revelatio,
verum etiam necessaria. His indigentiis occurrit reap-
se Deus revelando, et Evæ præcipiendo, et in ipsa
cunctis futuris uxoribus (Gen. 3.) »Sub viri pote-
state eris, et ipse dominabitur tui» Ita Deus præ-
cipiendo revelavit Monarchicum regimen cæterorum
omnium præstantius esse, et aptius ad custodienda
omnium jura, et pacem, felicitatemque familiarum,
Civitatum, mundiq. universi. Naturalistæ, Deistæ, et Re-
ligionarii utpote qui Divininam Revelationem non a-
gnoscunt per inviolabilem legem rationis humanæ de-
bent et ipsi esse in ipso eodem statu, quo Adamum

vincie tutte, il solo dubbio pure, e timore di ledere i dritti della moglie, e farle cosa, ch' ei fatta non vorrebbe a se; ciò, che certamente, (come anche sostengono i Naturalisti) é contro le leggi della natura, e rende l'uomo reo presso il tremendo tribunale di Dio punitore de' vizj; questo solo dubbio, io dico, e timore di ledere gli altrui naturali dritti, (per li Corollarj Assiomi 8. 9. e 10,) avrebbe certamente posto Adamo, ed Eva in uno stato d'indeterminazione dannosa, inazione, perplessità, ed infelicitá: dubbio, perplessità, ed inazione esiziale, che inaridito avrebbe affatto la radice del genere umano pria di germogliare, ed impeditone la propagazione nel suo primo principio, e pessundato l' avrebbe sin dallo stesso suo primo nascere: Onde dunque sottrarre Adamo, ed Eva, e tutti i loro posteri da questo dubbio, e stato d'inazione, ed infelicità, e renderli pronti ad unirsi in tale società, ed a propagare la loro specie, non solamente era utile, utilissima, ma anche necessaria la Rivelazione Divina. Accorse difatti a queste indigenze Iddio rivelando, e comandando ad Eva, ed in essa a tutte le future mogli: » Soggetta starai al marito (Gen. 3.) ed egli dominerá su di te » Iddio così comandando ci riveló, che il governo Monarchico è il migliore di tutti gli altri, ed il più conducente a conservare i dritti di ognuno, e la pace, e la felicità delle famiglie, delle Città, e del mondo tutto. I Naturalisti, Deisti, e Religionarj, che la Rivelazione non riconoscono, per inviolabile legge dell' umana ragionevolezza, devono eglino ancora essere nel medesimo stato, in cui considerato abbiamo Eva, ed Adamo, pria che Iddio rivelato gli avesse

consideravimus, et Evam antequam Deus hujusmodi leges revelasset eisdem, in eodem, inquam, statu dubitationis, timoris, perplexitatis, et perniciosæ quietis. Verum ipsi jactant, se hujusmodi dubitatio-nem non experiri, timorem, et perplexitatem. Ipsi ergo ex hoc etiam capite non se gerunt secundum sa-cras leges naturalis rationis. Atqui non se gerere se-cundum sacras leges naturalis rationis apud rigidum Tribunal Dei punitoris vitiorum unum quidem est ex immanioribus, et turpioribus vitiis. A Deo ergo vitiorum punitore manent ipsos tremendiora suppli-cia. Ac eorum naturalis asserta Religio, quæ Divi-nam Revelationem etiam in hoc capite nec utilem es-se blaterat, nec necessariam, eadem ipsa naturali ra-tioni repugnat; eadem ipsa non est naturalis Religio humanæ rationalis naturæ; vera esse nequit, sed fal-sa, falsissima est. Et e contra Sanctæ Romanæ Ec-clesiæ Religio, quæ contrarium docet, atque defen-dit, ex hoc etiam capite quin vera, verissima sit fieri nequit.

§. 8. Tot erroribus, tot malis, ærumnis, doloribus obnoxium est genus humanum, ut nonnulli homines quales utique fuerunt Hæretici Manichei cum intel-ligere nequirent, qua ratione fieri posset, ut Deus, qui bonus esset, immo optimus, perfectissimus, et beneficentissimus, ac eadem ipsa infinita bonitas, mi-sericordia, et beneficentia creare voluisset humanum genus in statu tantæ infelicitatis, stultissime rationi congruum esse judicarunt, credere, quod totius mun-di duo fuissent Creatores, bonus, et optimus alter, qui cuncta bona creasset, alter autem malus, et pes-simus, qui mala creasset omnia. In bonis rebus nu-merabant ipsi humanas animas omnes, omnes spiri-tus, cæterasque invisibiles res; in malis vero huma-na numerabant corpora, cunctasque cæteras visibiles

queste leggi, nel medesimo stato, io dico, di dubbio, di timore, di perplessità, ed esiziale inazione. Ma eglino vantansi di non provare un tale dubbio, timore, perplessità. Egliuo dunque anche per questo particolare articolo non si diportano giusta le sacre leggi della naturale ragionevolezza. Ma il non diportarsi giusta queste sacre leggi, per un uomo ragionevole è certamente un vizio de' più enormi, e sconcio presso il rigido Tribunale di Dio punitore de'vizj. Devono dunque da Dio punitore de' vizj aspettarsi eglino i più tremendi castighi. E la loro pretesa Religion naturale, che asserisce non esser utile, né necessaria la Divina Rivelazione neppur su questo articolo, alla naturale ragione essa stessa ripugna, non é essa la Religion naturale dell' umana ragionevol natura, esser vera non può, ma falsa, falsissima si è. Ed all' inversa la Religione della Santa Romana Chiesa, che il contrario insegna, e difende, anche per questo capo esser non può, che vera, verissima.

§. 8. A tanti errori, a tanti mali, incommodi, e dolori assoggettato egli é il genere umano, che alcuni uomini quali appunto furono gli Eretici Manichei capir non potendo, come un Dio buono, anzî ottimo, perfettissimo, e Beneficentissimo, e la stessa medesima infinita Bontà, Misericordia, e Beneficenza crear voluto avesse il genere umano in uno stato di tanta infelicità, assurdissimamente giudicarono ragionevole cosa essersi, il credere esservi stati due creatori del mondo tutto, uno buono, ed ottimo, che creato ne avesse tutte le buone cose, ed un' altro malo, e pessimo, che creato ne avesse tutte le male cose. Ascrivevano essi alla classe delle cose buone gli spiriti tutti, tutte le anime umane, e l' altre invisibili cose; ed a quella poi delle male i corpi umani vi annoveravano, e tutte l' altre visibili cose. Questo

res. Quod sistema sit ipsa absurdius absurditate æque nos demonstrare possumus, ac Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii. Sola enim naturali ratione, absque etiam Divinæ revelationis auxilio possumus facile demonstrare, quod manifastam contradictionem involvit duos asserere mundi Creatores, et maxime ita inter se oppositos, et contrarios, ut sunt bonum, et malum. Quoniam cum in tanta eorum oppositione, et contrarietate non possit alter, alterum impedire, multoque minus pessundare, neuter eorum est omnipotens. Atqui ad creationem necessaria est omnipotentia, (prolusione 1.) Horum igitur assertorum creatorum neuter est creator. Sunt ergo Creatores, quia ita blasphemant Manichæi, et non sunt creatores, quia eorum neuter est omnipotens. Sed hæc manifesta contradictio est, absurdumque manifestum. Manifesta ergo contradictio est, absurdumque manifestum, duos esse creatores. Hæc, et similia sine Divina revelatione, ego inquiebam, æque nos, ac Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii respondere possumus, et respondendo, impiorum Manichæorum absurditatem demonstrare, et contradictionem. Verum, quod ad illud argumentum attinet, quo Manichæi moventur ad admittendum duos mundi creatores, Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii, qui Divinam negant revelationem, nunquam eo poterunt pervenire, ut illud penitus dissipent, dissolvantque, prout nos, ac Sancta Romana Ecclesia auxilio laudatæ Divinæ revelationis adjuti illud solvimus, atque exuffl mus. Nos enim cum Sancta Romana Ecclesia revelatione adjuti Divina fatemur, et ad aras usque contendimus, quod Deus utpote Perfectissimus in se, et Beneficentissimus non jam in hujusmodi ignorantiæ, et infelicitatis statu genus posuit humanum, quemadmodum sola naturali ratione, et naturali experientia ducti opinari cognutur Naturalistæ, et quicumque Di-

sistema esser egli più assurdo della stessa assurdità, dimostrar lo possiamo egualmente noi, che i Naturalisti, Deisti, e Religionarii. Imperocchè colla sola naturale ragione senza anche l' ajuto della Divina rivelazione agevolmente dimostrar possiamo, che manifesta contradizione involve il dire di esservi due creatori del mondo, e massime così opposti, e contrarii, quanto lo sono il bene, ed il male. Giacché in tanta loro opposizione, e contrarietà non potendo uno impedire, e molto men distruggere l' altro, niuno di due è Onnipotente. Ma per la creazione vi è necessaria l' Onnipotenza (Prolusione 1.) Niuno dunque di questi asserti Creatori, è Creatore. Sono dunque creatori, perchè cosí blasfemano i Manichei; e non son creatori, perché niuno di loro è onnipotente. Ma questa è una manifesta contradizione, e manifesto assurdo. Manifesta contradizione è adunque, e un manifesto assurdo esservi due creatori. Queste, e simili cose senza la Divina rivelazione, io diceva, e noi, ed i Naturalisti, Deisti, e Religionarii possiamo egualmente rispondere, e rispondendo dimostrare l' assurdità, e la contradizione degli empii Manichei; ma in quanto però a quell' argomento, donde i Manichei si muovono ad ammettere i due creatori del mondo, i Naturalisti, i Deisti, e Religionarii, che niegano la Divina rivelazione, giungner non potranno mai a dileguarglielo appieno, e dissipārglielo, come lo dileguiamo noi, e la Santa Romana Chiesa coll' ajuto della lodata rivelazion Divina. Imperocchè noi colla Santa Romana Chiesa dalla Divina rivelazion guidati confessiamo, e difendiamo a costo anche della vita istessa, che Iddio perfettissimo qual' è, e Beneficentissimo creò il genere umano non mai già in un tale stato d' ignoranza, ed infelicità, come dalla sola naturale ragione, e naturale esperienza guidati, son ad opinar costretti i Naturalisti, e chiunque la Di-

vinam non agnoscunt revelationem, sed in statu quidem sapientiæ, et felicitatis, hominem statim ac creavit, collocans in Paradiso voluptatis: ita enim nos Divina Revelatio docet in laudato Geneseos libro cap 2 v. 8. dicens » Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio; in quo posuit hominem, quem formaverat: Et capite primo, v. 27. nos docet, quod Deus hominem creaverat ad imaginem, et similitudinem suam: Quod quidem idem est ac dicere » Perfectissimus Deus hominem creans, cum ita fecit, ut quædm esse deberet imago similis infinitæ Bonitati, Sapientiæ, Omnipotentiæ, Perfectioni, ac infinitæ libertati, et felicitati ipsius Dei. Corpus autem humanum, ex sua natura, et compositione ita comparatum est, ut quo suam posset existentiam conservare, vitamque prorogare, alimenta desideraret, potum, ciborumque varietatem. Quæ quidem ut Manichei opinantur, una, et præcipua ex illis indigentiis est, quæ homines faciunt miseros. Verum Sancta Romana Ecclesia per Divinam Revelationem erudita, præterquam quod docet, et propugnat, quod Deus pro sua infinita Bonitate, Beneficentia, et Providentia abbundantius humanis consulens rebus, ea, quibus ad id opus erat (Gen. c. 3.) proinde creaverat omnia, omniumq- dominium nostris tribuerat progenitoribus Adamo, et Evæ, eis dicens: (Gen. 1. v. 29. et seq.) » Subjicite terram, et dominamini piscibus maris, et volatibus Coeli, et universis animantibus, quæ moventur super terram. Et cap. 2. v. 9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, lignum etiam vitæ in me-

vina rivelazione non riconosce; ma in uno stato di sapienza certamente, e di felicità, collocando l'uomo, tosto che fu creato, nel Paradiso di Delizie, perchè così la Divina rivelazion c' insegna nel lodato libro della Genesi cap. 2. v. 8. dicendoci » Sin da principio il Signore Iddio avea piantato il Paradiso di felicità, in cui collocò l' uomo, che avea creato. E nel cap. 1. v. 27. c' insegna, che Iddio creò l' uomo ad immagine, e similitudine sua: che tanto è dire: il perfettissimo Iddío creando l' uomo il fece in guisa, ch' esser dovesse un' immagine somigliante alla onnipotenza, all' infinita Sapienza, Bontà, Perfezione ed infinita libertà, e felicità di Dio medesimo. Il corpo umano poi per sua composizione, e natura è di sí fatta maniera composto, che onde poter conservare, e prorogare la sua esistenza, e la sua vita, bisogno avea di alimento, di varietá di cibi, e poto: quale certamente giusta il pensare de'Manichei è una, e la principale di tutte quelle indigenze che rendono gli uomini infelic. Ma la Santa Romana Chiesa però guidata dalla Divina rivelazione, oltre che insegna, confessa, e propugna, che *I*ddio collocò il genere umano in un Paradiso di delizie, insegna pure, confessa, e difende, che Iddio per sua infinita bontà, beneficenza, e provvidenza, soprabbondantemente provvedendo ai bisogni dell'uomo, gli avea seriamente creato tutto ciò, che facea a tal uopo, (Gen. cap. 1.) e di tutto padroni ne fece i nostri progenitori Adamo, ed Eva, dicendo loro Iddio (Gen. 1. v. 29 e seg.) Assoggettatevi la terra, e siate padroni de'pesci del mare, de' volatili del cielo, e di tutti gli animali della terra; e nel cap. 2. v. 9. » Produsse pure il Signore dalla terra ogni sorta di albero vago a vedersi, e soave a mangiarsi, e l'albero anche della vita in mezzo del Paradiso ... Iddio pertanto pre-

48

dio Paradisi ... Tulit egro Deus Dominus hominem, et posuit in Paradisum voluptatis,... præcepitque ei dicens: Ex omni ligno Paradisi comedes ; de ligno autem Scientiæ boni, et mali ne comedas » quod ergo ad hanc rem attinet, quid esse, concipi, aut fingi unquam poterit hac felicitate felicius, in quam Deus ab initio hominem posuit, in qua, inquam, tot tantisque bonis fruebatur homo absque ullo suo labore ? labori enim ad hujusmodi bona adipiscenda obnoxius non fuit Adam, et genus humanum, nisi post inobedientiæ peccatum, nisi scilicet post esum de ligno vetito, et in pœnam istiusmodi inobedientiæ, ut apertissime Divina docet revelatio in illis verbis Gen 3 v. 7. »Adæ vero dixit Deus : quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ » Præterea corpus humanum, quamvis tot, tantisque Divinis subsidiis, et beneficiis cumulatum erat; amittere tamen natnraliter non poterat suam compositionem, et naturam, et utpote compositum ex multis membris, et admirabilibus machinis, ex natura sua separationi obnoxiis, dissolutioni, et corruptioni, corpus humanum, inquam, ex natura sua incorruptibile esse non poterat, et immortale. Verum infinita perfectissimi Dei beneficentia, qui hominem volebat penitus felicem, hanc quoque felicitatem supernaturaliter Deus contulit eidem, ut evaderet incorruptibilis, et immortalis etiam in corpore; cum id placuisset homini. Quid hac felicitate felicius esse concipi aut fingi unquam potest? Quid esse, concipi, aut fingi unquam potest beneficentius hoc, quo Deus cum posuisset hominem in Paradiso voluptatis, et cum ex

se l'uomo, ed il pose nel Paradiso di delizie ... e comandogli dicendo: mangerai d' ogni albero del Paradiso, non istare a mangiar però dell' albero della scienza del bene, e del male » In quanto dunque a questo concreto si appartiene, qual cosa esservi potè mai, concepirsi, o fingersi di più felice di questa felicità, in cui da principio Iddio pose l' uomo, in cui io dico, di tanti e tali beni l' uomo godea senza alcuna sua fatica ? Imperociocchè per l' acquisto di tali beni alla fatica l' uomo assoggettato non fu, nè il genere umano, se non dopo il peccato di disobedienza,se non, cioè, dopo aver mangiato dell' albero vietato, ed in pena di tale disobedienza, come chiarissimamente ce lo insegna la Divina rivelazione in quelle parole della Genesi 3.v.7 » Ad Adamo però disse Iddio Perchè ascoltasti la voce di tua moglie, e mangiasti dell' albero, di cui io comandato ti avea di non mangiarne: maledetta é la terra nell' opera tua, mangerai da essa faticando tutti i dì di vita tua » Innoltre il corpo umano sebben era cumulato di tali, e tanti Divini sussidii, e beneficenze, tuttavia perder naturalmente non potea la sua composizione, e natura, come quello che è composto di molti membri, ed ammirabili ordigni, tutti di natura sua alla separazione soggetti, dissoluzione, e corruzione; di natura sua, io dico, il corpo umano esser incoruttibile non potea, ed immortale. Ma l' infinita Beneficenza del perfettissimo Iddio, che volea l' uomo appien felice, supernaturalmente questa felicità pure gli aggiunse per divenire anche immortale nel corpo, quando l' uomo voluto l' avesse a suo talento. Qual maggior felicità di questa esservi, fingersi, o concepirsi mai si può ? Qual maggior beneficenza,esservi, fingersi, o concepirsi si può mai di questa ? per cui Iddio avendo collocato l' uomo in un Paradiso di delizie, e non potendo l' uomo di

natura sua non posset homo effugere mortem, Deus inquam, postquam constituisset eum in Paradiso voluptatis, potestatem etiam addidit eidem, concessitque, ut pro suo lubitu mortalis esset, aut immortalis? *At* unde nobis notitia tot, tantorumque beneficiorum a beneficentissimo Creatore homini elargitorum, nisi a Divina Revelatione in Geneseos cap. 2. v. 8. et 9. relata, ubi Divina Revelatio nos docet, quod Deus ab initio Adamum posuit, et Evam in Paradiso voluptatis, in quo Deus produxerat ex humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, et in cujus medio lignum quoque produxerat vitæ? Quod autem hæc arbor immortalitatem conferebat edenti, clarius revelavit Deus in capite 3; ubi scriptum est, quod Deus post Adæ, Evæque peccatum dixit » Nunc ergo ne forte Adam mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum, emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis . . . et collocavit ante Paradisum voluptatis Cherubim, et flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ » Ex quo clare intelligitur, quod si Adam in Divinum Præceptum non commisisset comedens de ligno scientiæ boni, et mali vetito a Deo; Adam nullis unquam nec moralibus, nec phisicis obnoxius fuisset ærumnis, semperque liberum fuisset eidem comedere de ligno vitæ, et esse immortelem. Quod si homo tot nunc agitatur malis, id non ex malitia provenit Creatoris, sed solum ex eo, quod male prætioso abutitur libertatis dono, quo eum Beneficentissimus Creator cumulavit, ut similem sibi faceret, ac veræ, perfectæque felicitatis capacem; dum constat, Ens illud, quod libertate non gaudet, nec Dei immaginem esse, nec si

natura sua scansar la morte, Iddio, io dico, dopo averlo collocato in un Paradiso di delizie, la potestà anche gli aggiunse, e gli concesse di esser mortale, o immortale a suo talento? Ma donde a noi la notizia di cotante, e tali beneficenze dal beneficentissimo Creatore compartite all' uomo, se non dalla Divina Rivelazione registrata nella Genesi cap. 2. v. 8. e 9. ove la Divina Rivelazione insegna, che Iddio da principio collocó Adamo, ed Eva nel Paradiso di delizie, nel quale il Signore Iddio avea fatto nascere dalla Terra ogn' albero vago a vedersi, e soave al gusto, ed in mezzo al quale l' albero anche della vita? Che quest' albero poi conferiva l' immortalità a chi mangiato ne avesse, piú chiaramente ce lo rivelò Iddio al cap. 3., ove sta scritto, che Iddio dopo il peccato di Adamo, ed Eva disse: Or dunque non facciamo, che forse Adamo stenda la sua mano, e prenda anche dall' albero della vita, e viva in eterno, cacciò Adamo dal Paradiso di delizie... ed innanzi il Paradiso di delizie vi collocò un Cherubino, ed una spada versatile, e di fiamma per custodire la via dell' albero della vita. Dal che chiaramente si scorge, che se Adamo trasgredito non avesse il Divin precetto, mangiando dell' albero della scienza del bene, e del male da Dio proibitogli, Adamo non avrebbe saputo mai cosa è male nè fisico, né morale, e restato sempre sarebbe nella libertà di mangiare dell' albero della vita, e di farsi immortale. Che se l' uomo è or a tanti mali soggetto, ciò dalla malignità dal Creator non proviene, ma solamente dal mal abuso, che egli fa del prezioso dono della libertà, di cui il Beneficentissimo Creatore l' arricchì per renderlo simile a se, e capace della vera, e perfetta felicità; mentre costa, che un ente, che libertà non ha, nè é immagine, e somiglianza di Dio, non è ente ragionevole, dotato d' intelletto,

militudinem , Ens rationale non esse intellectu præditum , et voluntate , nec meriti , aut demeriti capax , virtutis , aut vitii , nec ullius felicitatis, quæ ex merito oritur, ac exercitatione virtutis, et quæ sola est vera , propria , et perfecta felicitas hominis rationalis . Quamobrem rerum omnium Creator Deus , qui a sua ipse infinita Bonitate , Perfectione , et felicitate est semper sponte, ac libere inclinatus ad communicandam, et diffundendam suam bonitatem , perfectionem , et felicitatem , (aliter enim Perfectissimus non esset; illa, scilicet , perfectio deesset eidem , qua , quis suæ ipse bonitatis , et felicitatis communicativus est,et diffusivus) liberrime volens ipse hominem ad hunc finem creare , eumdem creare non poterat nisi felicem , perfectumque in genere suo . Atqui non poterat homo esse ad immaginem , et similitudinem Dei, ac bonus , felix , perfectus in genere suo , nisi libera, sicut Deus , præditus esset voluntate bonum complectendi , et aversandi malum , et ideo aptus ad benemerendum amplectendo, sicut Deus, libere bonum, et aversando malum , quod quidem requirebatur , ut homo quædam esset imago , et similitudo Dei . Deus ergo bonus , optimus , perfectissimus, et utpote talis, communicativus etiam , et diffusivus suæ infinitæ perfectionis, bonitatis , libertatis, meritorum , et felicitatis, creare non poterat hominem nisi liberrime , et liberrime eum cumulans dono etiam libertatis , qua capax esse posset virtutis , et meritorum , atque ideo veræ felicitatis; illius , inquam , felicitatis, quæ vera , et propria est entis rationalis , qualis est homo. Hujusmodi libertatem bonum amplectendi , et aversandi malum , ac inde fluentem capacitatem virtutis, meriti, et veræ felicitatis homini , nec post peccatum Deus

e volontá, non è capace di merito, nè di demerito, non di virtù, nè di vizio, non di quella felicità, che dal merito nasce, e dalla virtù, e ch' ê la sola vera, propria, e perfetta felicità dell' ente ragionenevole. Onde Iddio Creator del tutto, che dalla sua stessa infinita Bontà, perfezione, e felicitá é sempre spontaneamente, e liberamente inclinato a communicare, e diffondere la sua bontà, perfezione, e felicità; (imperocché altrimenti perfettissimo non sarebbe, perchè gli mancherebbe certamente quella perfezione, per cui uno communicativo, e diffusivo egli è dalla sua bontà, e felicità) crear volendo liberamente l' uomo a questo oggetto, crearlo non potea se non buono, perfetto in genere suo, e felice. Ma l' uomo esser non potea buono, perfetto, e felice ad immagine, e somiglianza di Dio; se avuto non avesse la libera volontà, come Iddio, di abbracciare il bene, ed abborrire il male, e perciò adatto ad acquistarsi del merito, abbracciando liberamente il bene, ed abborrendo liberamente il male, come Iddio: lo che certamente vi si ricercava per esser l' uomo una certa immagine, e somiglianza di Dio. Iddio dunque buono, ottimo, perfettissimo, e beneficentissimo, e come tale communicativo anche, e diffusivo delle sue infinite perfezioni, bontà, libertà, merito, e felicità, crear non potea l' uomo, se non liberrimamente, e liberrimamente cumulandolo anche della libertà, onde esser capace di virtú, di merito, ed indi della vera felicità, di quella felicità, io dico, ch' è la vera, e la propria dell' essere ragionevole, qual' è l' uomo. Questa libertà di abbracciare il bene, e rifiutare il male, e quella, che indi ne nasce capacità di virtù, di merito, e di vera felicità, Iddio all' uomo non la tolse, neppur dopo il peccato, co-

ademit quemadmodum clarissime patet ex illis verbis Geneseos cap. 4. v. 8, sed appetitus tuus sub te erit, et tu dominaberis illi. Nos igitur ac Sancta Ecclesia ita a Divina Revelatione eruditi, et illustrati impios Manicheos penitus refellimus, et confundimus, eorum argumento ex humani generis tribulationibus, et calamitatibus desumpto respondentes, quod ipsi ita arguentes falso supponunt, humani corporis, ac cæterarum visibilium creationem eo fine factam fuisse, ut auferretur animabus humanis naturalis earum felicitas a Deo Bono, Optimo, et Beneficentissimo munifice eis collata, dum id prorsus falsum, falsissimum est, reapse enim juxta Divinam revelationem a Deo bono, optimo, et beneficentissimo nobis elargitam, commemorata humani corporis creatio, et cæterarum etiam visibilium rerum omnium ab eodem facta est optimo, et beneficentissimo Deo; et imo eo certo fine ab eodem facta est, ut animam humanam, totumque hominem multo aptiorem faceret ad plures exercendas virtutes, meritique, majorisque felicitatis capaciorem. Et revera hic optimus, et beneficentissimus Deus, sicut post creatas cunctas visibiles res, et corpus humanum inspiravit idem ipse Deus in faciem ejusdem humani corporis spiraculum vitæ, idest animam humanam; ita totum collocavit hominem in paradiso voluptatis, et in tantæ felicitatis statu, ut nec major, nec optabilior altera, præter supernaturalem illam, quæ in Cælis ex beatifica percipitur visione Divina. Optimus enim Deus non solum cunctarum visibilium rerum dominium terra, marique concesserat homini, sed etiam immortalitatem, modo ipse sibi eam libere voluisset acquirere. Quod si homo nunc multis agitatus videtur angustiis, et

me chiarissimamente si scorge da quelle parole della Genesi cap. 4.v. 8. » Ma il tuo appetito è sempre a te soggetto, e tu dominerai sempre su di esso » Noi dunque, e la Santa Romana Chiesa dalla Divina rivelazione istruiti così, ed illuminati ribattiamo appieno,e confondiamo gli empii Manichei, rispondendo al loro argomento preso dalle tribolationi, e calamità del genere umano, che eglino così argomentando falsamente suppongono, che la creazione del corpo umano, e dell' altre visibili cose sia stata fatta per togliere all' anime umane la loro naturale felicità dal Dio Buono, Ottimo, e Beneficentissimo liberalmente conferitagli, mentre ciò è tutto falso, falsissimo, essendo che in verità giusta la Divina rivelatione dal Dio Buono, Ottimo, e Beneficentissimo consessaci, la cennata creazione del corpo umano, e di tutte anche l' altre visibili cose è provenuta dal medesimo Ottimo, e Beneficentissimo Dio, ed anzi é stata dal medesimo fatta a fine certamente di rendere l' anima umana, e tutto l'uomo molto piú adatto ad esercitar più virtù, più capace di merito, e di maggior felicità. Difatti quest' ottimo, e beneficentissimo Iddio, come dopo aver creato tutte le cose visibili, ed il corpo umano, inspirò egli stesso nella faccia del medesimo umano corpo l' anima umana, collocò tutto l' uomo in un paradiso di delizie, e nello stato di tanta felicità, che altra magiore, e più desiderabile non v'è, eccettone quella, che si gode in Cielo nella beatifica visione di Dio. Imperocchè il Dio ottimo avea concesso all' uomo non solo il dominio su tutte le cose visibili del mare, e della terra; ma anche l' immortalità, quando l' avesse liberamente voluto. Che se l'uomo soggetto or si vede a molti affanni, e

calamitatibus, Creatoris vitio id tribuendum non est, sed tantum ejusdem hominis voluntati, qui male usus fuit, et male libertatis prætioso utitur dono, falsum bonum, verum malum, perniciosumque vitium amplectendo: Quod unum quidem homines fecit, facitque miseros, tantisqui malis obnoxios. Unus ergo solusque Deus est, et ipse bonus, optimus, et beneficentissimus visibilium, et invisibilium omnium creator omnipotens, et misericordiosissimus; qui etsi Adam propter suum inobedientiæ peccatum tantæ culpæ reus evaserat, ut jure merito, et a tanto dejiceretur felicitatis fastigio, et temporalis, ac æternæ mortis damnaretur pæna; Misericordiosissimus tamen Deus (ut ajebam) pro sua infinita bonitate, ac misericordia redemptorem Jesum Christum promisit eidem, cujus meritorum virtute non solum a temporalis mortis pæna, quam post peccatum statim subire debebat Adam, eum absolvit, longumque pænitentiæ, et virtutis exercendæ, ac benemerendi spatium indulsit eidem, verum etiam tantum divinorum auxiliorum copiam gratis elargitus est, ut Adam, et ex ejus posteris ii, qui gratuito libertatis dono, ac tali pænitentiæ exercendæ, virtutis, et spatio benemerendi bene usi fuissent (prout ipse usus fuit Adamus) Adamumque pænitentem adamussim imitari voluissent, multo facilius, quam in innocentiæ statu Divina mandata servarent; (prout idem ipse servavit Adamus,) et in ipsis pænitentiæ, exercendæque virtutis improbis laboribus, calamitatibus, et ærumnis, quadam majore, spiritali quidem, (sed altioris ordinis) suaviore, veriore, et magis rationali homine digna felicitate gauderent in terris, sicut est illa, quæ proficiscitur a virtute, atque majore, ac altioris ordinis beatitudine perfrui mererentur in Cælis, quemadmodum gavisus est, gaudet,

calamità causa non ne è mai il Creatore ma solamente la volontà dell' uomo istesso, ed il mal' uso, che l' uomo ha fatto, e fa del prezioso dono della libertà, il falso bene seguendo, il vero male, ed il vizio dannoso: Ciocchè solo infelice lo rese, e lo rende, e a tanti mali soggetto. Un solo Dio dunque vi è, ed esso stesso buono, ottimo, e beneficentissimo, onnipotente, e misericordiosissimo creatore di tutte le visibili, ed invisibilili cose: il quale, sebbene Adamo pel suo peccato di disobedienza di tanta colpa erasi fatto reo, che giustamente sbalzato venisse da quel sì alto grado di felicità, ed alla pena assoggettato della morte temporale, ed eterna; il misericordiosissimo Iddio purnondimeno (come io dicea) dalla sua infinita bontà, e misericordia ei mosso, promise al medesimo il Redentore Gesú Cristo, in virtù de' cui meriti non solo dalla pena lo sciolse della morte temporale, che Adamo dopo il peccato tosto subir dovea, ed un lungo spazio gli concesse di penitenza, di esercitar la virtù, e farsi merito; ma pure tanta abbondanza di divini ajuti gratuitamente gli compartì, che Adamo, e quei di lui posteri, che fatto avessero buon uso del prezioso dono della libertà e di tale spatio di penitenza, di esercitar la virtù, e farsi merito, (come appunto ben ne usó Adamo) e perfettamente imitar avessero voluto il penitente Adamo;osservarebbono i Divini precetti piú facilmente assai che nello stato dell' innocenza, come li osservo di fatti lo stesso Adamo, ed in mezzo delle stesse malagevoli fatiche, affanni, e calamitá di penitenza, ed esercizio di virtú goderebbono in terra una certa maggior felicità spirituale certamente, (ma d'un ordine più sublime,) e piú soave, più vera, e più degna dell' uomo ragionevole, qual' è quella, che nasce dalla virtù, ed una maggior beatitudine, e di un ordine più sublime meritarebbono di godere in Cie-

et æternum gaudebit Adamus. Sic porro Deus bonus suam infinitam bonitatem, felicitatemque magis magisque manifestavit, et manifestat, communicavit, communicat, atque diffundit. Nos, inquiebam, ac Sancta Romana Ecclesia revelatione irradiati Divina impios ita refellimus Manicheos, et penitus confudimus. At Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii, qui Divinam revelationem non agnoscunt, cum sine ea nullam possunt tot, tantorumque beneficiorum a Deo humano generi a primo usque crationis momento elargitorum cognitionem habere, nec notitiam ullam originalis peccati, quod sola, et unica originalis causa est tot, tantorumque malorum, quibus nunc obnoxium experimur genus humanum; Naturalistæ, inquam, ac ejusdem furfuris alii qui Divinis Scripturæ libris nequidem eam, quam humanis solent naturalium hystoriarum libris, habent fidem, Naturalistæ, inquam, qua ratione, quo unquam modo respondere poterunt, et respondendo confundere impios Manicheos, et ab eorum impio systemate depellere? Quin imo aliam eis aperiunt, sternuntque deteriorem viam, quæ æque ac Manichæismus ad impium eos Atheismum impellat, conducatque. Manichei enim illos urgent, dicentes; infinitæ bonitatis Deus, ac voluntatis perfectissimæ velle non potest, et eligere nisi veritatem, bonum, ac aliorum felicitatem, et nunquam falsitate delectari, et non abborrere a malo, aliorumque infelicitate. Atqui velle creare genus hominum, hominem subjiciendo tot erroribus, tot malis, tot tribulationibus, quibus eos obnoxios nunc intuemur, et experimur, non est equidem falsitatem abhorrere, errorem, malum, aliorumque infelicitatem, sed imo ex hujusmodi malis voluptatem percipere, eis delectari, ac ea reapse velle et eligere. Deus ergo bonus, optimus, et beneficentissimus genus hominum ita creare non potuit. Apertam enim contradictionem involvit, bonum Deum essa, et ita malis, et erroribus delectari generis humani. Profecto si malis hominum delectatus non fuisset, homines tot malis obnoxios

lo, siccome l' ha goduto appunto, gode, e la goderà in eterno lo stesso Adamo. Cosí certamente il Dio buono ha molto maggiormente manifestato, e manifesta, ha communicato, communica, e diffonde la sua infinita bontà, e felicità. Noi, io diceva, e la Santa Romana Chiesa dalla Divina rivelazion guidati ribattiamo cosí, e confondiamo appieno gli empii Manichei. Ma i Naturaristi, i Deisti, e Religionarii , che la Divina rivelazion non riconoscono, non potendo eglino senza la medesima aver notizia né di tanti, e tali beneficii da Dio all' uman genere compartiti insin dal primo momento della creazione, nè del peccato originale, originaria causa di tanti danni del genere umano; i Naturalisti, io dico, ed altri del medesimo calibro, i quali ai Divini libri della Scrittura neppur prestan qualla fede, che soglion prestare ai libri umani delle istorie naturali, i Naturalisti, io dico, come mai potranno rispondere, e confondere gli empii Manichei e spostarli dal loro empio sistema, senza aprire un' altra strada , che al par del Manicheismo, all' empio Ateismo ci spinge, e ci conduce? Imperoché i Manichei li stringono dicendo: Un Dio di bontà infinita, e di perfettissima volontà non può volere se non la verità, il bene, e l' altrui felicitá; e non può non abborrire il falso, il male, e l' altrui infelicità. Ma il voler creare il genere umano assoggettandolo a tanti errori, a tanti mali, e tribolazioni, a quanti assoggetato lo vediamo , non é un abborrire il falso, l' errore, il male , e l' altrui infelicità, ma anzi un compiacersene, un dilettarsene, un vero volerlo, ed eligerlo. Il Dio buono adunque, ottimo, e beneficentissimo creare il genere unano cosí ei non potè. Dappoichè un' aperta contradizione involve esser Dio buon, e compiacersi così del male e dell' errore del genere umano. A dir vero se compiaciuto ei non si fosse degli affanni degli uomini;

non creasset. Cum igitur dici non possit, [quod hujus mundi malum a Deo bono creatum fuerit; necessario dicendum est, aut duos esse Deos, unum bonum, alterum malum, aut nullum esse Deum neque bunum, neque malum. Sic impii Manichei impie Naturalistas urgent, ac ejusdem furfuris alios. Cum ita ergo urgent Manichei, Naturalista, Deista, et Religionarius, qui Divinam revelationem non agnoscit, potest umquam eis respondere, quod homo non fuit in hujusmodi calamitatum statu creatus a Deo, sed in quodam purissimæ et perfectissimæ felicitatis statu? Et quod si in tantas homo cecidit angustias, quantas nunc experimus; ipse in eas sua equidem cecidit culpa, seu propter deteriorem usum, quo prætiosæ libertatis dono male abusus est, atque in pænam sui peccati? Verum solo suæ naturalis rationis usu, et sine revelatione Divina, cum hæc respondere nequeat Naturalista, nihil aliud facere potest, quam Manichæum, et quemvis alium in dubitatione solum ponere, utrum in suo debeat impio systemate permanere, aut in Atheismum ruere. En quomodo sine Divina revelatione sustineri nequidem potest idem ipse Naturalismus, Deismus, et religionarismus. Cum enim Naturalistæ, Dæistæ, et Religionarii unitatem Dei contra Manichæos substinere non possunt, sustinere nequidem possunt assertam eornm naturalem religionem, utpote quæ tota unitati Dei remuneratoris virtutum, et vitiorum punitoris prorsus innixa est, et in ea sola subsistit. En igitur, quomodo Divina revelatio omnino utilis est, et necessaria, ut vel ipsa subsistat asserta naturalis religio hominis rationalis. En quomodo naturalis religio hominis rationalis illa tantummodo est, quæ Dininæ revelationi innixa omnino est, et quæ in omnibus perfectissime adhæret eidem

gli uomini non l'avrebbe mai creato soggetti a tanti guai. Non potendosi dunque dire, che il male di questo mondo sia stato creato dal Dio buono, dee necessariamente dirsi, o che vi siano due Dii, l'uno buono, e malo l'altro, o che Iddio non ve ne è, nè buono, nè malo. Così gli empii Manichei empiamente stringono i Naturalisti, e gli altri di simil crusca. Essendo dunque, che così i Manichei ci stringono, il Naturalista, il Deista, il Religionario, che non ammette la Divina rivelazione può risponder mai, che l'uomo non fu creato da Dio in questo stato di calamità; ma in uno stato della più pura, e perfetta felicità? E che se ei cadde in queste calamità, in cui lo sperimentiamo, ei certamente vi cadde per colpa sua, o sia pel mal uso, che ei fece del prezioso dono della libertà, ed in pena del suo peccato? Ma ciò far non potendo il Naturalista, col solo uso della sua naturale ragione, ei far altro non può, che mettere il Manicheo, e qualunque altro nel dubbio solamente di persistere nel suo empio sistema, o di precipitar nell' Ateismo. Ecco come il Naturalismo medesimo, il Deismo, ed il Religionarismo istesso sostenersi neppure può senza la Divina rivelazione. Giacchè non potendo i Naturalisti, i Deisti, e Religionarii sostener contro i Manichei l' unitá di Dio, sostener piú non si puó la lor asserta naturale religione, come quella che all' unità di Dio rimunerator delle virtù, e punitor de' vizii è tutta intieramente appogiata, ed in essa sola sussiste. Ecco dunque come la Divina rivelazione è onninamente utile, e necessaria per sostenersi anche la stessa asserta religion naturale dell'uomo ragionevole: che tanto è dire: ecco come la religione Naturale dell'uomo ragionevole è quella soltanto, che alla Divina rivelazione sta dell' intutto appoggiata ed in tutto è alla medesima perfettissimamente unita. Ma la pretesa

Atqui prætensa Naturalistarum raligio, Deistarum, et Religionariorum tantum abest, quod innixa omnino sit, adhæreatque rivelationi Divinæ, quin imo eam penitus respuit, rejicitque. Prætensa ergo Naturalis religio non est rationalis hominis religio naturalis, et utpote ea, quæ ad Manichæismum, aut Atheismum ducit ex hoc etiam capite vera religio non est, sed vera impietas.

DEMOSTRATIO VIII.

Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii, quemadmodum nos, ac nostra Sancta Romana Ecclesia, defendunt, perfectissimum esse Deum. Atqui perfectissimus ipse non esset, si veritatem infinite non amaret, er non abhorreret infinite errorem, et falsitatem. Deus ergo infinite veritatem amat, et infinite errorem abhorret, ac falsitatem. Sed homo utpote qui ex sua natura, et per suam essentiam finitus semper est, et limitatus, esse nequit infallibilis, sed errori obnoxius, in cognitione etiam suorum officiorum erga Deum, quod idem est ac dicere in cognitione veræ religionis. Deus ergo quippe Ens perfectissimum non poterat hominem creare, et illam ei non revelare. Ponamus enim, quod Deus illam ei revelare noluerit. In hypotesi Deus abhorruisset, et non abhorruisset errorem, et falsitatem. Abhorruisset, quia ita fert natura Entis Infiniti, et perfectissimi, et non abhorruisset, quia cum crearet homines, natura involuntario obnoxios errori, et falsitati; et cum per Divinam revelationem a tali involuntario errore, et falsitate subtrahere eos posset, delectatus potius fuisset de eorum involutariis erroribus, et falsitatibus, quam

religion de' Naturalisti, Deisti, e Religionarii, anzi che essere dell' intutto appoggiata ed unita alla Divina rivelazione, dell' intutto essa la rifiuta, e rigetta. Essa dunque non è la naturale religione dell' uomo ragionevole, e come conducente al Manicheismo, o all' Ateismo, anche per questo capo essa una vera religion non è, ma una vera empietá.

DEMOSTRAZIONE VIII.

I Naturalisti, Deisti, e Religionarii difendono come noi, e la nostra Santa Romana Chiesa, che Iddio è perfettissimo; Ma perfettissimo ei non sarebbe, se infinitamente ei non amasse la verità, ed infinitamente non abborrisse la falsità, e l' errore. Ma l' uomo essendo di natura sua, e per sua essenza finito sempre, e limitato, essere non può infallibile, ma soggetto ad errare nella cognizione anche de' suoi doveri verso Dio, che tanto è dire, nella cognizione della vera religione. Iddio adunque come Essere perfettissimo crearlo non potea senza Divinamente rivelargliela. Imperocchè ponghiamo, che non gliel' abbia voluto rivelare. In questa ipotesi Iddio avrebbe, e non avrebbe, abborrito la falsità, e l' errore. L' avrebbe abborrito, perchè così porta la natura di Ente infinito, e perfettissimo; ed abborrito non l' avrebbe, perché creando gli uomini all' errore involontario per natura soggetti, ed alla falsità, e potendoli colla Divina rivelazione a tale involontario errore sottrarli, e falsitá, si sarebbe compiaciuto più tosto de' loro involontarii errori, e falsità, che ri-

veritatem ita eis revelare, ut homo sine sua culpa nunquam potuisset errare. Atqui falsitatem abhorrere, et non abhorrere aperta contradictio est, absurdumque manifestum. Manifestum ergo absurdum, apertaque contradictio est, quod Deus hominem creans, veram religionem supernaturaliter non revelarit ei. Sed id, quod contradictionem involvit, est omnino impossibile factu. Factu ergo impossibile omnino est, quod Deus, cum hominem creavit, veram religionem, ac veritates æternas supernaturaliter non revelaverit ei. Quando ergo Naturalistæ, Deistæ, et Religionarii impie blaterant, Deum hominibus veram religionem non revelasse, et id imo nec utile esse, nec necessarium, manifestæ contradictionis laqueis ipsi se implicant, atque ipsi se suis jugulant manibus. Et e contra: Sancta Romana Ecclesia, quæ hujusmodi revelatam religionem se profiteri gloriatur, præsefert ipsa pro se hunc necessarium, et gloriosum infallibilis, ac evidentissimæ veritatis characterem. Quid his evidentius unquam?

Corol. 1. Propter eamdem rationem omnino quoque necessarium est, idest, apertam implicat contradictionem, ac est omnino impossibile factu, quod Deus dignatus non fuerit apta, ac necessaria subministare hominibus media, quibus veritates æternæ semel revelatæ ita cunctis sæculis ante omnium animorum oculos palam expositæ permanerent, durarentque, ut a nemine sine sua culpa, quæ nata vel ex negligentia, vel ex indocilitate fuisset, possent unquam ignorari. Qui enim non vult media ad finem necessaria, finem ipsum non vult. Atqui Deus, utpote optimus, infinitus, et perfectissimus nolle nequit, ut cuncti penitus homines veritatem amplectantur, et evitent errorem. Deus ergo pro sua infi-

